
IHS

G


7
6-c
31

6
10 G
7

Jhs

Illustrissimo
ROBERTO BELLARMINO
S. R. E.
Presbytero Cardinali
Tit. S. Mariæ in via

Herib. Ros-Weydus
Se Sanctorumq. Historiam
L. M. V.

FASTI
SANCTORVM
QVORVM VITÆ
IN BELGICIS BIBLIOTHECIS
MANVSCRIPTÆ.

Collig. Rom. *Item* Soc. Jesu

Acta Præsidalia SS. Martyrum
Tharaci, Probi, & Andronici:

Catal. *Nunc primùm integrè edita.* Inscript

Bibl. Card. Collectore Pitharm

HERIBERTO ROS-WEYDO
Vltraiectino, è Societate IESV.





ANTVERPIÆ,
Ex OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Ioannem Moretum.
M. DC. VII.

D.Basil. Ep. 1. ad Gregorium Theologum.

Πανταχοῦ ὥσπερ οἱ ζωγράφοι, ὅταν ἀπὸ εἰκόνων εἰκόνα γράφουσι, πυκνὰ πρὸς τὸ παράδειγμα ἀποβλέποντες, τὸν ἐκεῖθεν χαρακτῆρα πρὸς τὸ ἑαυτῶν σπουδάζουσι μεταθεῖναι φιλοτέχνημα· οὕτω δεῖ τὸν ἐσπουδακότα ἑαυτὸν πᾶσι τοῖς μέρεσι τῆς ἀρετῆς ἀπεργάσασθαι τέλειον, οἱονεὶ πρὸς ἀγάλματα κινούμενα καὶ ἔμπρακτα, τοὺς βίους τῶν ἁγίων ἀποβλέπειν, καὶ τὸ ἐκείνων ἀγαθὸν, οἰκεῖον ποιεῖσθαι διὰ μιμήσεως.

Quemadmodum pictores, cùm imaginem ex imagine pingunt, exemplar identidem respectantes, lineamenta eius transferre conantur magno studio ad suum opificium: ita qui sese meditatur omnibus numeris virtutis absolutum reddere, veluti simulacra quædam spirantia & actuosa, Sanctorum vitas respicere oportet, probáque opera eorum sua imitando facere.

Beneuole Lector.



V I *apud posteros nomen amant, duo potissimùm in votis habent, eruditum calamum, & penicillum, calúmve ductile. Illo hominis pars potior, animi virtus; hoc corporis rerúmq; gestarum decus propagatur. Gemina hæc felicitas SS. Martyribus, animosis Christi Athletis, ab omni æuo obtigit; qui dum generosè in hoc vitæ Circo decertant, cadendo vincunt, superati hostem sternunt, trophæum de corporis sui exuuijs statuunt, non tenuit spectator manum. Hic namque verba ceratis tabulis excipit, ille stylo certaminum rudimenta adumbrat; hic Martyris vestem rapit, fidele spolium; ille sanguinem colligit, fidei obsidem. Ita sibi superstes viuit Martyr; & post gladium, post cineres, certamini suo testimonium dicit. Præclarè olim D. Basilius, posteaquam Barlaami in Christiano scammate victoris historiam calami sui præconio exornarat, eamdem pictoribus penicillo illustrandam obtulit.* ἀνάστητέ μοι νῦν ὦ λαμπροὶ τῶν ἀθλητικῶν κατορθωμάτων ζωγράφοι. τὴν τοῦ στρατηγοῦ κολοβωθῆσαν εἰκόνα ταῖς ὑμετέραις μεγαλύνατε τέχναις: ἀμαυρότερον παρ' ἐμοῦ τὸν στεφανίτην γραφέντα τοῖς τῆς ὑμετέρας σοφίας περιλάμψατε χρώμασιν. ἀπελθῶ τῇ τῶν

Basil. oratione in Barlaam Martyrem.

ἀριστευμάτων τοῦ μάρτυρος παρ' ὑμῶν νενικημένος γραφῇ· χαίρομαι τῇ τοιαύτῃ τῆς ὑμετέρας ἰσχύος σήμερον νίκῃ ἡττώμενος.

Exurgite nunc, *inquit*; ô præclari athleticorum geſtorum pictores! mutilam Ducis imaginem veſtro illuſtrate artificio, & obſcurius à me depictum coronatum Athletam, veſtræ induſtriæ coloribus conſpicuum reddite. Abibo certaminũ ac victoriarum Martyris à vobis poſitâ imagine victus; gaudebo tali hodie per veſtram dexteritatem victoriâ ſuperatus.

Hoc maiorum noſtrorum ſtudium, hæc cura, hic labor fuit in rerum à SS. geſtarum monumentis ad poſteros tranſmittendis. Alia omnia Hæretici noſtri, aliâ omnino viâ ad impietatem graſſantur. Si quis Laurentius lento igne in craticulâ vſtulatus in imagine, ſtatuâ proſtat, Deo ſuo melioris intus ignis ardore olim auctoratus, nefas ducitur, & in innoxium lapidem iterùm flamma ſæuit: quaſi toties Laurentius nocens, quoties in imagine populum docens; toties mori dignus, quoties in ſtatuâ rediuiuus. Si quis codex vetuſtior glorioſas Martyrum victorias exprimit, nobiles Virginum triumphos loquitur, indefeſſos Confeſſorum labores narrat; vel blattis & igni fit pabulum, vel, ſi mitiùs agitur, cucullum piperi facit. Belli homines, qui domi ſuæ Lararia ſtatuunt;

ſtatuunt, ſi quam admutilatam Herculis Oetæis olim ignibus ob flagitia deflagrantis clauam nacti, ſi infractum Cupidinis arcum, ſi foraminatum Mercurij petaſum. qui tablina adornant carioſis Petronij omnis nequitiæ patroni membranulis; Lucij Aſino offertiſsimæ obſcenitatis baiulo lucem fænerant; & dum præclarè lucere putant, ſeipſos æternis tenebris, ignibus funerãt. O infortunatos inceſtarum nuptiarum auſpices! ô auſpicia futurorum ignium nimis ex vero ominoſa! Scilicet peribũt litteræ, niſi quis noxiâ Pſychen animâ redanimet, niſi Quartillæ ignibus anus iam ab ætate frigida rurſus incaleſcat, niſi quis inceſtum Fotidis foculum foueat; niſi Hylas Herculi, Ioui Ganymedes officium præſtent: & non peribit Religio, ſi ignorentur Chriſtiani agonis Hieronicæ, ſi femina ſupra ſexum fortis, ſi pueri ſupra ætatem victores? Fruſtrà, fruſtrà alibi fidei facula quæritur, niſi hoc igne luminetur; fruſtrà armatis in liuorem brachijs pugilatur, niſi ex hac palæſtra ſint mutuatici cæſtus: fruſtrà victoriæ corona ſperatur, niſi Deo Agonothetâ, Martyribus arbitris. Quippe aperti periculi res eſt, *inquit S. Ambroſius*, poſt Prophetarum oracula, poſt Apoſtolorum teſtimonia, poſt Martyrum vulnera, veterem fidem, quaſi nouellam, velle diſcutere, atque poſt tam manifeſtos duces in errore permanere, & poſt ſudo- *Ambr. ſerm. 83.*

 res

res morientiũ otiosa disputatione contẽdere.

Equidem iure mireris cur in tantâ Hæreticorum turbâ, quibus animus in noua oracula exuberat, manus in scriptionem prurit, lasciuit calamus in opprobria, ex florentissimo Ecclesiæ Horto, tot herbarum salutarium areolis distincto supra Adonidis seminarium, tot fructuum copiâ exuberanti supra Alcinoi pometum, tot florum gratiâ nobili supra Midæ rosetum, nullus sibi odoratum strophium nectat, nullus vulneri medicam herbam legat, nullus fructum carpat ori famelico. Nempe horrent in Martyre sacrarum Reliquiarum cultum, in Virgine Castitatis votum, in Confessore tenorem Ecclesiasticorum rituum. Ita Martyrum rosa nefarium temeratorem spinâ suâ pungit, lilia Virginum candore suo fascinantium oculos præstinguunt, Confessorum viola odore suo venenatas rubetas exanimat. Habet enim, *inquit Aug.* hortus Dominicus non solùm rosas Martyrum, sed & lilia Virginum, & coniugatorum hederas, violasq; viduarum. *Amplectentur, scio, Hæretici hederas cõiugum, sed suspiciant simul sanguineam rosarum purpuram, mirentur virgineum liliorum candorem, nec despiciant viduale violarum flammicærulum. Quòd si penitiùs hunc hortum intrare volent, inuenient acriorem chelidoniam, quæ cæcatam vitijs mentem oculent; dictamnum*

Aug. Ser. 37. de Sanctis c. 3. de S. Laurentio.

num seueriorem, quo venenatas è præcordijs sagittas extrahant; rigentiorem pœnitentiæ rutam, qua contra inimicos serpentum morsus sese præmuniant. Ita non salubrior, non facilior Hæreticorum vulneri medicina, quàm SS. vita, pugna, mors.

Ego sanè etsi SS. Historiæ optimè velim, & si otium sit, non omnino nihil in eâ possim, imitabor hodie pictores sciographos, qui antequam rem ipsam viuis coloribus exprimãt, soliti priùs rudia quædam lineamenta ducere, & imaginem ipsam (liceat cum D. August.) liciare. Ita si rubrica, si carbo, si creta aberrauit, de facili reformant, & futuræ imagini perfectum exemplar statuunt. Non ita pridem mihi SS. Historia omnis ætatis, sexus, nationis, ex varijs Belgicæ Bibliothecis collecta, descripta, ab amicis transmissa, indiesq́ moles crescit. Quam priusquam in ordinẽ redigã, & quamq; vitam genuino suo penicillo depictam repræsentem, placuit hanc sciographiam præmittere, vt si vel à me in hoc sacro instituto erratum, vel sicubi ad Ecclesiasticam hanc pinacothecam perficiendam vel tabula vel color aliquis desit, is ab SS. amatoribus liberali manu communicetur. Stabit sua liberalitati gratia, & vel leue beneficium ibit in posteros.

Historiæ totius adumbratio eccista.

 TOMI

TOMI XVI.

DE

VITIS SANCTORVM.

j. De vita Christi & festis eius.
ij. De vita B. Mariæ & festis eius.
iij. De SSorum Festis diebus publicè solemnibus.
iiij. De Sanctis mense Ianuario.
v. De Sanctis Februario.
vj. De Sanctis Martio.
vij. De Sanctis Aprili.
viij. De Sanctis Maio.
ix. De Sanctis Iunio.
x. De Sanctis Iulio.
xj. De Sanctis Augusto.
xij. De Sanctis Septembri.
xiij. De Sanctis Octobri.
xiiij. De Sanctis Nouembri.
xv. De Sanctis Decembri.
xvj. Martyrologia variorum.

TOMI DVO ILLVSTRATIONVM IN VITAS SANCTORVM:

Quorum

Primus est Annotationum, qui constat octo libris.

j. De Auctoribus vitarum SS.
ij. De Tormentis SS.
iij. De Imaginibus SS.
iiij. De ritibus Ecclesiæ, quorum hîc mentio.
v. De ritibus Profanis, quorum hîc mentio.
vj. De Tempore, seu Chronologia.
vij. De locis, seu Chorographia.
viij. De verbis obscuris ordine alphabetico.

Et si quæ alia explicatu digna occurrent, vel explicanda monebis Lector.

Secun-

Secundus est Jndicum.

j. Index Nominum SS. ordine Alphabetico.

ij. Index & tabula omnium SS. cum notatione patriæ, ſtatus, laureolæ, temporis, loci, auctoris vitæ.

iij. Index per ſtatus SS. vt Religioſus, Virgo, Vidua, Coniux, &c.

iiij. Index per officia SS. Apoſtolus, Epiſcopus, &c.

v. Index Topologicus ſeu index SS. per prouincias Italiæ, Franciæ, &c.

vj. Index locorum vbi coluntur SS. tanquam Patroni.

vij. Index nominum SS. pro curationibus certorum morborum.

viij. Index eorum SS. qui Patroni certorum opificiorum.

ix. Index nominum propriorum hominum, locorum, vrbium.

x. Index ſacræ Scripturę, quę in vitis explicatur.

xj. Index Controuerſiarum.

xij. Index Catechiſticus.

xiij. Index rerum & verborum ordine Alphabetico.

Et ſi qua alia notatu digna ſe offerent vel notanda ſuggeres Lector.

Modus

Modus tractandi hic iste.

i. *Conquirere vndique vitas ab alijs editas, vt Aloysio, Surio, &c.*

ij. *Easdem vitas cum MS. & veteribus libris conferre, caussâ duplici:*

1ª. *Quod sæpè primus & germanus stylus, quia rudis, in politiorẽ ab editoribus mutatus: ex quo factum, vt vitæ auctoritas sit imminuta, & historiæ veritas subinde labefactata, dum quædam non ritè intellecta in alium sensum vertuntur. Deplorant hoc viri docti, & præ cæteris Illust. Cardinalis in Annalibus. Nempe contingit ijs, quod pictoribus.* ζωγράφοι ἐπειδὰν ἐξ εἰκόνων μεταγράφωσι τὰς εἰκόνας, πλεῖστον, ὡς εἰκὸς, τῶν ἀρχετύπων ἀπολιμπάνονται. Illi enim, *ait Magnus Basilius*, cùm ex imaginibus imagines depingunt, à primâ vti necesse est formâ, vt plurimũ recedunt. *Ita est profectò, Ars veritatẽ perdidit, & quoniã styli gratia quæritur, negligitur virtutũ. quò quæso tibi argentea facies surdo figurarum discrimine, vt materia conspiciatur, ipse ignotus maneas? Sancti honorem suum colore suo, non fuco exprimi amant: sciunt se virtutes suas strictim palliatas, non solutim laciniatas reliquisse: malunt se nosci, quàm vestem conspici.* Basil. oratione in Gord. Mart.

2ª. *Quia sæpè vitæ non integrè editæ, dum nunc Prologus, nunc Miracula, nunc obscuriora omittuntur.*

3. Vitas

3. Vitas nondum editas, vndequaq; conquirere, & alijs ita, vti dixi, recognitis interserere.
4. Vitas omnes tam editas quàm ineditas illustrare: obscura explicare, pugnantia conciliare, & alia præstare, quæ duobus libris præcedentibus Illustrationum promittuntur.

Hæc res ipsa concepta tantùm, non pertractata, tenuibus pro voto vnius lineis adumbrata, sed ope operaq; multorum coloranda. Faue igitur quisquis institutum hoc amas, & SS. suffragia tuo, quo potes, suffragio emerere.

Quod si quis instructior ad hanc rem accesserit, lubens ei omnes pigmentorum meorum arculas cedam, tabulas tradam. Pingat, pingat manu constantiore, fide tutiore, labore fructuosiore. Tutus ego ipse latitabo post tabulam, & gaudebo colores meos fusciores lumen accipere ab Apellis penicillo, à Protogenis manu. Ita voueo

Heribertus Rosvveydus
Societatis IESV.

FASTI

FASTI SANCTORVM QVORVM VITÆ IN BELGICIS BIBLIOTHECIS MANVSCRIPTÆ.

Tertullianus de Cor. Mil. c. 13.

Tu peregrinus es mundi huius, ciuis supernæ Hierusalem. Noster, inquit, municipatus in cælis. Philip. 3. Habes tuos census, tuos fastos: nihil tibi cum gaudijs sęculi.

Cyprianus Ep. 37. ad Presbyt. & Diac. Eccl. Carthag.

Dies eorum, quibus excedunt, adnotate; vt commemorationes eorum inter memorias Martyrum celebrare possimus.

MONI-

MONITA.

1. *HAbes hîc SS. fastos, quorum vitæ pleræque penes me è Belgicis Bibliothecis collectæ. Reliquarum tantùm accepi nomina. quare sicubi diei notatio aut incerta, aut à vulgari ephemeride differens, dabis nominibus ad me transmissis. Idem iudicium esto de Sanctis minùs vulgò notis. De quibus alibi examinamus.*

2. *Editas SS. Vitas locis varijs habeo varias. quarum syllabum hîc non dedi, quòd nullas operi miscere statuam, nisi vel exemplar MS. nanciscar, vel certè constet eas ipsas ex archetypis fideliter & integrè expressas.*

3. *Interest Originalia Vitarum scripta semel exstare; quod perparum fidei Breuiatoribus sine istis. Quisque enim suo captu rem delibat, & dũ suo palato consulit, alterum suo gustu priuat. Vtilis tamen futura breuis omnium delibatio, sportulæ modo; quam qui spernet, inueniet in magno opere canam rectam.*

4. *Selegi & Tomum vnum de Sanctis & Reliquijs Belgicis, qui basis Historiæ Ecclesiasticæ Belgarum. quem etiam per Episcopatus, hos per Curionum Decanatus digessi, vt suus cuique diœcesi & in eâ Ecclesijs Patronus constet.*

5. *Litterarum singularum, quæ hîc passim obuiæ, hæc ratio:*

Al. id est, alias.	V^e. i. Vide.
C. i. Confessor.	CC. i. Confessores.
Ep. i. Episcopus.	Epp. i. Episcopi.
M. i. Martyr.	MM. i. Martyres.
V. i. Virgo.	VV. i. Virgines.

FASTI

A.



Aron Sacerdos C. 1.Iul.
Abacuc M. V^e^.Marius. 19.Ian.
Abraham Patriarcha C. 9.Oct.
Abrahamius Eremita C. 16.Mart.
Abrunculi, Auctoris, Bonosi Reliquiarum, & S. Modoaldi Archiepp. Treuir. Translatio. 15.April
Abundus Monachus Villariensis C.
Acacius M. cum socijs Prusę in Bithynia 28, Apr.
Aceias Rex. 25.Iun.
Adalbaldus Dux Duacensis M. 2. Febr.
Adalbertus Archidiaconus Egmundæ C. 25.Iun.
Adalbert⁹ Ep. Pragẽsis & M. al. Wotechchus. 23.Ap.
Adalhardus Abbas Corbeiẽsis C. al. Alardus 2. Ian.
Adalheysa Imperatrix al. Aldeheysa, vel Adelheydis. 16.Decemb.
Adelbertus, vel Adalbertus. 25.Iun.
Adelheydis, Ve Adalheysa, & Aleydis.
Adilia, V. & Abbatissa. al. Odilia. 30.Iun.
Adrianus M. Nicomediensis. al. Hadrianus 4.Mar.
Eiusdem Translatio Romam. 8.Sept.
Eiusdem Translatio in Flandriam. 27.Maij.
Ægidius Abbas C. 1.Sept.
Afra M. cum sociabus. 5.Aug.
Agape & Chionia, VV.MM. 3.April.
Agapitus M. Præneste. 18. Aug.
Agapitus Papa & C. 22.April.
Agatha V. & M. 5.Febr.
Agatho Papa & C. 10.Ian.
Agericus Episc. Virdunensis C. 1.Decem.
Aggæus Propheta, V^e^. Ozeas 4.Iul.

Agilol-

Agilolphus Ep. Colonien. & M. 9. Iul.
Agilus 1. Abbas Resbacensis 30. Aug.
Agnes V. & M. 21. Ian.
Eiusdem Translatio Vltraiectum 31. Mart.
Ibidem eiusdem Eleuatio 2. Sept.
Agricola & Vitalis MM. 4. Nou.
Agricolaus Ep. Tungrensis C. 5. Febr.
Agritius Ep. Treuirensis C. 13. Ian.
Aidanus C. V^e. infrà Aydanus 31. Aug.
Alardus Abbas Corbeiensis C. al. Adalhardus 2. Ian.
Albanus presbyter & M. Moguntinus 21. Iun.
Albanus protomartyr Angliæ 22. Iun.
Albertus Carmelita, Prouincialis Siciliç C. 7. Au.
Albertus Ep. Leodiensis M. 21. Nou.
Albinus Ep. Andegauensis C. 1. Mart.
Albinus Ep. & M. Lugduni 15. Sept.
Aldegundis, V. & Abbatissa Malbodiensis 30. Ian.
Aldetrudis Abbatissa Malbodiensis 25. Feb.
Aldeheysa Imperatrix. al. Adalheysa 16. Dec.
Aldhelmus Episc. Schireburnensis seu Salisburiensis C. 25. Maij.
Alexander Ep. Alexandrinus C. 26. Feb.
Alexander Ep. Constantinopol. C. 28. Aug.
Alexander Ep. Hierosol. M. 18. Mart.
Alexander Lugdunensis M. 2. Iun.
Alexander Papa cum Euentio & Theodulo Presbyteris MM. 3. Maij.
Alexander Thebæus M. Bergomi 26. Aug.
Alexander Ep. & M. Romæ 21. Sept.
Alexius C. Romæ 17. Iul.
Aleydis de Scarenbeka leprosa Ord. Cistert. in Camera B. Mariæ iuxta Bruxellas al. Adelheydis 11. Iun.

Aleydis

Aleydis Abbatiſſa Vilekenſis	5.Febr.
Algyſus Preſbyter C.	2.Iun.
Alredus Abbas Rhieuallenſis in Anglia, al. Ealredus vel Elredus	
Althelmus C. V.e Aldehlmus	25. Maij
Amandus Ep. Traiecten. C.	6.Febr.
Amantius Ep. Rhuthenſis & C.	4.Nou.
Amaranthus M. Albigenſis	7.Nou.
Amator Ep. Antiſiodoren. C.	1.Maij
Amatus Abbas Romaricenſis C.	13.Sept.
Amatus Ep. Senonenſis C.	13.Sept.
Ambroſius Ep. Caturicenſis C.	16.Oct.
Ambroſius Ep. Mediolan. C.	4.April.
Amelberga V. Gandaui.	10.Iul.
Eiuſdem Tranſlatio	27.Oct.
Amelberga vidua Binchij	10.Iul.
Amicus & Amelius milites MM.	12.Oct.
Ammon M. cum ſocijs	8.Sept.
Amor Preſbyter Aquitanus C. Beliſiæ.	8.Oct.
Amos Propheta	31.Mart.
Amphibalus M. cum ſocijs	
Anacletus Papa M.	13.Iul.
Ananias cum Azaria & Mizaële	16.Dec.
Ananias Preſb. & Petrus cum ſociis MM.	25.Feb.
Anaſtaſia M. cum CCLXX.	25.Dec.
Anaſtaſius fullo M. Aquileiæ	26.Aug.
Anaſtaſius Monachus Perſa M. cū aliis LXX.	22.Iā.
Anaſtaſius Papa	27.April.
Anatolia V. & Audax MM.	9.Iul.
Andeolus Subdiaconus M.	1.Maij
Andochius M. cum ſociis	24.Sept.
Andreas Apoſtolus M.	30.Nou.
Andreas Corſanus Ep. Feſulanus Ord. Carmel.	6. Ian.

Angela de Fulgineo 4. Ian.
Angelus Carmelita M. 5. Maij
Anianus vi. Ep. Aurelianensis 17. Nou.
Anicetus & Photinus MM. cum sociis 12. Aug.
Anicetus Papa M. 17. Apr.
Anisanus & Maxima MM. 1. Dec.
Anna Prophetissa 1. Sept.
Anna vidua mater Mariæ 26. Iul.
Eiusdem miracula
Anno Archiep. Colon. 4. Decem.
Ansanus M. al. Anisanus 1. Dec.
Ansaricus Ep. Swession. 5. Sept.
Ansbertus Ep. Rotomag. al. Ausbertus 9. Febr.
Eiusdem Translatio Gandauum, V.e Wandregislus 3. Sept.
Anselmus Archiep. Cantuar. 21. Apr.
Anterus Papa M. 3. Ian.
Anthelmus Ep. Bellicensis Ord. Carthus. 26. Iun.
Anthimus Ep. Nicomediensis M. 27. Apr.
Anthimus presbyter M. Romanus 11. Maij
Antidius Ep. Vesontiensis M. 25. Iun.
Antonius Abbas C. 17. Ian.
Eiusdem Translatio 15. Febr.
Antonius de Padua seu Vlisbonensis Or. Min. 13. Iun.
Antonius Prædicator M.
Antoninus M. Romanus 22. Aug.
Antoninus puer M. 3. Sept.
Antoninus Presbyter 2. Sept.
Aper Ep. Tullensis 15. Sept.
Apollinaris Ep. Rauennatum M. 23. Iul.
Apollinaris & Timotheus MM. 23. Aug.
Apollonia Alexandr. V. & M. 9. Febr.
Apollonia Romana V. & M. 9. Febr.
Apol-

Apollonius Senator M.	18. Apr.
Apronianus M.	2. Febr.
Aquila & Priſcilla	8.Iul.
Aquilinus Ep.Ebroicenſis	19.Oct.
Arbogaſtus Ep.Argentorat.	21.Iul.
Arcadius M.	12.Ian.
Arnoldus C.	
Arnoldus Citharœdus Caroli Magni	18.Iul.
Arnulphus Ep.& M. V.c Clodouæus	
Arnulphus Ep. Metenſis	18.Iul.
Arnulphus Ep. Sweſſion.	15.Aug.
Eiuſdem miracula	
Arnulphus Archiep.Turon.M.	18.Iul.
Arnulphus Villarienſis C.	30. Iun.
Arnulphus miles & M. Ciſonienſis	29.Ian.
Arſatius C.Nicomediæ	16.Aug.
Arſenius Eremita	19.Iul.
Artemius M.cum ſociis	6.Iun.
Aſclas M. cum ſociis	23. Ian.
Aſterius Senator M.Cæſareæ	3.Martij
Athanaſius Ep.Alexandr.C.	2.Maij
Athelbertus Rex Cantiorum C. al. Ethelbertus	24.Feb.
Eiuſdem Tranſlatio	20.Maij
Athelbertus Rex Angliæ M. al. Ethelbertus	20.Maij
Attala 11. Abbas Bobienſis	10. Mart.
Aubertus Ep.Camerac.al.Autbertus	13.Dec.
Audoënus Ep.Rotomag.	24.Aug.
Audomarus Ep. Teruan.	9.Sept.
Eiuſdem Inuentio	21. Oct.
Eiuſdem Tranſlatio	8 Iun.
Auguſtinus Ep.Anglorum	26.Maij
Auguſtinus Ep. Hippon.C.	28.Aug.

Eiuſ-

Eiusdem Translatio 3ª. Beneuento Romam ad insulam Tiberinam 9.Decemb.
Bartholomęus Monachus & Eremita 24.Iun.
Basilides, Cyrinus, Nabor, Nazarius. 12.Iun.
Basilides, Tripos, Mandalis cum alijs xx. 10.Iun.
Basilissa V.cum alijs 9.Ian.
Basilius Ep. Cæsariensis 1.Ian.
Basilla, V. & M. 20.Maij.
Basinus Rex & M. 14.Iul.
Basolus Abbas C. 26.Nou.
Bathildis Regina Franciæ. 26.Ian.
Baudelius M. al. Bandelius 20.Maij.
Bauo C. Gandaui 1.Oct.
Eiusdem Translatio 30.Sept.
Beatrix V. Priorissa in Nazareth iuxta Liram Ord. Cistert. 28.Iul.
Beatrix M. V.ª Simplicius. 29.Iul.
Beatus Presbyter C. 9.Maij.
Beda Presbyter C. 27.Maij.
Begga Vidua 17.Dec.
Benedicta V.& M. Laudunensis 8.Oct.
Benedictus Abbas 21.Mart.
Eiusdem Translatio 11.Iul.
Benedictus 11.Papa & C. 7.Maij.
Benignus Episc. Carnotensis M. 28.Iun.
Benignus presbyter M. 1.Nou.
Bercharius Abbas Altiuillarensis M. 16.Oct.
Beregisus Abbas, fundator Andagiensis Monasterij 2.Oct.
Berlendis V. sanctimonialis 3.Febr.
Eiusdem Eleuatio 2.Maij.
Eiusdem Translatio 9.Sept.
Bernacus C. 7.Apr.
Bernardinus Senensis C. 20.Maij.



Bernardus Abbas Claræuall. 20. Aug.
Bernardus in monte Iouio Ord. Can. Reg. 7. Iun.
Bernardus Pænitens C. 19. Apr.
Bertha Abbatissa Blanciacensis 4. Iul.
Bertinus Abbas Sithiensis 5. Sept.
Eiusdem miracula
Eiusdem Translatio I. 26. Iul.
Eiusdem Inuentio 26. Iun.
Eiusdem eleuatio, seu Translatio II. 2. Maij
Bertellinus Eremita C. 9. Sept.
Bertuinus Ep. 11. Nou.
Bertulphus C. 5. Febr.
Berwardus Ep. Hildesimensis 20. Nou.
Bibianus Episc. Santonensis C. al. Viuianus 28. Aug.
Bibiana V. & M. 2. Dec.
Bilhildis Electa 27. Nou.
Birinus Ep. Dorcestriensis 3. Dec.
Blandina M. Lugduni 2. Iun.
Blasius Ep. Sebastæ M. 3. Febr.
Bonauentura Cardinalis Ord. Min. 13. Iul.
Bonifacius Diaconus 17. Aug.
Bonifacius Ep. Lausanensis 14. Febr.
Bonifacius Ep. Moguntinus 5. Iun.
Bonifacius Romanus M. 14. Maij
Bonifacius Papa
Bonitus Ep. Aruernorum 15. Ian.
Bonus Presbyter M. 1. Aug.
Botulphus Abbas 17. Iun.
Brandanus Abbas 16. Maij
Bregwinus Archiep. Cantuar. 26. Aug.
Brictius Ep. Turon. al. Britius 13. Nou.
Brigida V. Scota 1. Febr.
Brigitta Vidua Sweua, al. Birgitta 23. Iul.
Bruno

Bruno Archiep. Colon.	11.Oct.
Bruno Carthuſianorum Inſtitutor	6.Oct.

C.

Cadocus Ep. & M.	24.Ian.
Cæcilia V.& M.	22.Nou.
Cæleſtinus 1.Papa	6.April.
Cæleſtinus v. Papa	19.Maij
Cæſarius Diaconus M.	1.Nou.
Cæſarius Ep. Arelaten.	27.Aug.
Caius Papa M.	22.April.
Calepodius Preſbyter M.	10. Maij
Callixtus Papa & M.	14.Oct.
Eiuſdem Tranſlatio Ciſonium	
Calocerus & Parthenius MM.	19.Maij
Canio Ep. in Africa M.	21.Maij
Cantius, Cantianus, & Cantianilla MM.	31.Maij
Capraſius M.	20.Oct.
Caradocus Eremita in Anglia	
Caraunus M. Carnoti	28.Maij
Careliphus Abbas, al. Carilephus	1.Iul.
Carolus Magnus	28.Ian.
Carolomannus Haſbaniæ Princeps	17.Aug.
Carolus Comes Flandriæ	2.Mart.
Carpus Ep. Thyatirenſis, & Papylus Diaconus cum alijs	13.April.
Caſſianus Auguſtodun.Ep.C.	5.Aug.
Eiuſdem Tranſlatio	
Caſſianus Ep. Tudertinus M.	13 Aug.
Caſtor Preſbyter C.	13.Febr.
Cathaldus Archiep. Tarentinus C.	8.Maij
Catharina V.& M.	25.Nou.
Eiuſdem Miracula	

Eiuſdem Inuentio 13. Maij.
Catharina Senenſis 29. April.
Catharina Sueua, filia S. Brigittæ 22. Mart.
Catharina Louanienſis V. Ord. Ciſterc. in Parco Dominarum
Cedda ſeu Ceadda Ep. 2. Mart.
Celſus puer & M. Antiochiæ 9. Ian.
Cerbonius Ep. Populonenſis 10. Oct.
Chilianus Ep. & M. cũ ſocijs al. Kilianus 8. Iul.
Chilianus Ep. & C. Albinian. al. Kilianus 13. Nou.
Chionia V.[e] Agape 3. April.
Chiridion M. cum ſuis 22. Dec.
Chriſtiana V. filia Regis Anglorum 26. Iul.
Eiuſdem Tranſlatio 7. Sept.
Chriſtina V. & M. Tyri 24. Iul.
Eiuſdẽ Tranſlatio Bœurariam apud Bethuniam.
Chriſtina V. Mirabilis, de S. Trudone 24. Iul.
Chriſtina V. Mirabilis in Epiſcopatu Colonienſi 6. Nou.
Chriſtophorus M. 25. Iul.
Chryſanthus & Daria 25. Oct.
Eorundem Tranſlatio.
Eorundem Miracula.
Chryſogonus M. cum Anaſtaſia 24. Nou.
Chryſolius Archiep. & M. 7. Febr.
Clara V. Ord. Minor. 12. Aug.
Clarus Abbas Viennenſis 1. Ian.
Clarus Preſbyter C. 8. Nou.
Clarus Martyr 4. Nou.
Claudius, Aſterius, Neon, & alij MM. 23. Aug.
Claudius, Nicoſtratus, & alij MM. 7. Iul.
Claudius Tribunus cum ſuis 3. Dec.
Clemens 1. Ep. Metenſis M. 23. Nou.
Clemens

Clemens Papa M.	23.Nou.
Cletus Papa M.	26.April.
Clodoaldus Presbyter C.	7.Sept.
Clodoueus 1. Rex Galliæ Christianus	.
Clothildis Regina, al. Crothildis	3.Iun.
Coleta V. Ord. Min.	6.Mart.
Columba V. & M. apud Senones	31.Dec.
Columbanus Abbas Bobiensis	21.Nou.
Columbus seu Columba Abbas	9.Iun.
Concordius Presbyter M.	1.Ian.
Condedus Monachus & M.	21.Oct.
Conon M. cum filio	29.Maij.
Conrardus Ep. Constantien. C.	26.Nou.
Conrardus Ep. Treuiren. M.	5.Iul.
Constantianus Abbas	1.Dec.
Cordula V. & M.	22.Oct.
Cornelius Papa & M. cum alijs	14.Sept.
Corona M. V.e Victor	14 Maij.
Cosmas & Damianus	27.Sept.
Crispinus & Crispinianus	25.Oct.
Eorundem Translatio	
Crothildis Regina, al. Clothildis	3.Iun.
Cucufas M.	25.Iul.
Cunegundis Regina	3.Mart.
Cunera V. & M.	28.Oct.
Cunibertus Ep. Colon. C.	12.Nou.
Cuno Præpositus Colon. & M.	1.Iun.
Cuthbertus Ep. Lindisfarnensis	20.Mart.
Eiusdem Inuentio.	
Cuthburga V. Regina & Abbatissa in Anglia 31.Aug.	
Cyprianus Ep. Carthag M.	14.Sept.
Cyprianus & Iustina MM.	26.Sept.
Cyriacus Diaconus M.	16.Mart.

Eiusdem Translatio 8. Aug.
Cyriacus Ep.& M. al. Quiriacus 4. Maij
Cyricus seu Quiricus & Iulitta 16.Ian.
Eiusdem Translatio ad S. Amandum 16.Iun.
Cyrilla V. & M. 28.Oct.
Cyrillus Carmeli Eremita 6.Mart.
Cyrillus Ep. Gortinæ M. 9.Iul.

D.

Dagobertus Rex Galliæ 23.Dec.
Damasus Papa 11.Dec.
Daniel Propheta 21.Iul.
Dauid Archiep. Meneuensis C. 1.Mart.
Dauid Rex Israel 29.Dec.
Datiua V.[c] Dionysia 6. Dec.
Decem & septem MM. 26.Aug.
Decem & octo MM. Cæsaraugustani 16.Apr.
Decem millia MM. crucifixorum 22.Iun.
Deicolus Abbas 18.Ian.
Demetrius Proconsul M. 8. Oct.
Desiderius Ep. Viennensis M. 23. Maij
Desiderius Ep.Lingonēsis M.cum sociis 23.Maij
Diodorus Presbyter, & Marianus Diaconus MM. 1. Dec.
Dionysia & Datiua 6. Dec.
Dionysius Ep. Alexandr. 17.Nou.
Dionysius Areopagita M. 9.Oct.
Eiusdem Translatio 22.Apr.
Dionysius Ep. Corinthiorum 8.Apr.
Dionysius Papa 26. Dec.
Dodo discipulus S. Vrsmari C. 28. Oct.
Dodo Monachus in Frisia
Dominicus C. Ord. Prædic. Fundator 4.Aug.

Domi-

Domitianus Abbas 1.Iul.
Domitianus Ep.Traiecten. 7.Maij
Domitilla V. & M. cum aliis 7.Maij
Domitius M. 5.Iul.
Dominicus M. 29. Dec.
Domnolus Ep.Cenoman. 16. Maij
Domnus M. 13.Oct.
Donatianus Archiep.Remensis 14.Oct.
Eiusdem Translatio 6.Ian.
Donatianus & Rogatianus fratres MM. 24. Maij
Donatus Episc. Aretinus & Hilarinus Monachus MM. 7. Aug.
Donstanus Archiep. Cantuar. al. Dunstanus 19. Maij
Dormientes 7.Epesij 27.Iul.
Dormientes 7.Turonici 11.Nou.
Dorothea Vidua Reclusa 30.Oct.
Dorothea V. & M. 6.Febr.
Dorotheus & Gorgonius MM. 9.Sept.
Drausius Ep. Swession. 5.Mart.
Drogo C. Seburgi 16.Apr.
Dubricius Ep. Landauensis 14. Nou,
Ducenti LXX. MM. 16. Oct.
Duodecim fratres MM. 1.Sept.
Duodecim Scillitani MM. 17.Iul.
Dunstanus Archiep. Cantuar. al. Donstanus 19. Maij
Eiusdem Miracula
Dympna V. & M. 15. Maij

E.

Eadburga V.& Abbatissa, al. Edburga 15. Iun.
Eadmundus Rex Angliæ M. al. Edmundus 20.No.
Ealredus Abbas Rhieuallen.al.Elredus, al. Alred⁹

Ean-

Eanſwida V.& Abbatiſſa 1.Folckſtanen. 31.Aug.
Eathas Ep. Lindisfarnen. aut Haguſtadenſis 26.Oct.
Ebba V.& 1.Abbatiſſa Coldinganiæ 25.Aug.
Ebergiſus Ep. Traiectẽſis, al.Euergiſlus. 28.Mart.
Eiuſdem Tranſlatio 24.Oct.
Ebrulfus C. 25.Iul.
Ebrulfus Abbas Oximenſis 29.Dec.
Edburga V.& Abbatiſſa, ſeu Eadburga 15.Iun.
Edeltrudis Regina V. 23.Iun.
Edibius Ep. Sweſſion. 22.Oct.
Editha V.al. Egitha 16.Sept.
Edmarus ſeu Ithmarus Ep.Roffenſis 10.Iun.
Edmundus Archiep. Cantuar. 16.Nou.
Edmundus Rex Angliȩ M. 20.Nou.
Eduardus Rex Angliȩ C. 5.Ian.
Eduardus Rex Angliȩ M. 18.Mart.
Eiuſdem Tranſlatio.
Edwoldus Comes, frater S. Edmundi Regis M. 29.Aug.
Egitha V.al.Editha 16.Sept.
Egwinus Ep.Wicciorum ſeu Vigornien. 11.Iun.
Eleazar Sacerdos M. 1.Aug.
Eleazarus Comes,al.Elzearius 27.Sept.
Eleutherius M. 2.Oct.
Eleutherius Ep. Illyrici, & Anthia mater eius MM. 18.April.
Eleutherius Papa M. 26.Maij.
Eleutherius Ep.Tornac.C. 20.Febr.
Elfleda Abbatiſſa Romeſeienſis 29.Oct.
Elfredus Rex Angliæ, al. Elphredus
Elifius M. 16.Oct.
Eligius Ep.Nouiom. 1.Dec.
Eloquius Abbas 3.Dec.
Elphe-

Elphegus Archiep. Cantuar. M. 19. April.
Elphredus Rex Anglię C. al. Elfredus
Elredus Abbas Rhieuallensis, Ord. Cistert. al. Alredus.
Elizabeth Vidua 19. Nou.
Elizabeth de Wans Ord. Cistert. in Aquiria
Elizabeth de Spaelbeke V. Ord. Cistert. apud Erkenrode.
Elzearius Comes, al. Eleazarus 27. Sept.
Embrosius Ep. C. 18. Iun.
Emerentiana V. 23. Ian.
Emmericus Ep. al. Hemmericus 4. Nou.
Engelbertus Archiep. Colon. M. 7. Nou.
Epaphras Ep. 19. Iul.
Ephraim Syrus Abbas 1. Febr.
Epictticus & Astion MM. 8. Iun.
Epiphanius Ep. Ticinensis 22. Ian.
Epiphanius Cypriorum Ep. 12. Maij.
Epipodius M. 22. April.
Equitius Abbas 11. Aug.
Erasmus Ep. & M. 2. Iun.
Erembertus Ep. Tolosanus 14. Maij.
Erentrudis V. & Abbatissa. V.[e] Rupertus Episc. Vangionum 30. Iun.
Ericus Rex Suetiæ & M. 18. Maij.
Erkenbodo. Ep. Teruanensis 12. April.
Ermina ancilla Dei
Ermeneldis, al. Hermelendis 29. Oct.
Ermenaldus, V.[e] Hermelandus 25. Mart.
Ermenigildus Rex & M. 13. April.
Erminilda Regina & Abbatissa 13. Febr.
Erminus Ep. & Abbas Lobiensis 25. April.
Ergerus Comes Caroli Magni
Erhbinus Abbas Nectensis C. 19. Oct.

Ethel-

Eupre-

Euprepius Ep.	21.Aug.
Eusebia V. & Abbatissa Hamaticensis	16.Mart.
Eiusdem Miracula	
Eusebius Ep.& M.	
Eusebius Ep. Vercellensis M.	1. Aug.
Eusebius Presbyter Romæ C.	14. Aug.
Eusebius Ep. & C.	12. Aug.
Eusebius M.	21. Sept.
Eusebius, Pontianus, Vincentius, & Peregrinus MM.	25.Aug.
Eustachius M. cum Theopiste vxore, Agapio & Theopisto filiis.	20. Sept.
Eustathius Abbas Luxouiensis	29.Mart.
Eustathius Ep. Antiochenus	16.Iul.
Eutropius 1. Ep. Santonensis & M.	30. Apr.
Eutyches M. cum sociis	25.Apr.
Eutychianus Papa	8.Dec.
Euurtius Ep. Aurelian. al. Euortius	7.Sept.
Ewaldi duo Presbyteri fratres MM.	3.Oct.
Exuperius Ep. Baiocensis	28.Sept.

F. V.[e] & Ph.

Fabianus Papa	20.Ian.
Fabius M. Cæsariensis	31.Iul.
Fausta V. & M.	20. Sept.
Faustinus M. V.[e] Simplicius	29.Iul.
Faustinus & Iouita MM.	15.Febr.
Faustus & Daphrosa	4.Ian.
Felicitas mater VII. fratrum M.	23.Nou.
Felicitas & Perpetua MM.	7. Mart.
Felicula V.	13. Iun.
Felix Ep. Tubabocensis cum sociis	24.Oct.
Felix Presbyter & Adauctus MM.	30.Aug.

Felix

Flori-

Florianus M.	4.Maij
Floribertus Ep. Leodienſis	26.Apr.
Foillanus Ep.& M.	31.Oct.
Folquinus Ep. Teruan.	14.Dec.
Fortunatus Ep. Tudertinus	14.Oct.
Frambaldus Preſbyter C.	16.Aug.
Franciſcus C.	4.Oct.
Fredericus Ep. Vltraiect. M.	18.Iul.
Fredeſwida V.in Anglia	19. Oct.
Fremundus Rex in Anglia M.	11.Maij
Fronto 1. Ep. Petragoricenſis	25.Oct.
Fronto ſeu Frontonius Abbas	14.Apr.
Fructuoſus Ep.cum aliis M.	21.Ian.
Frumentius Ep. in India	27.Oct.
Fulgentius Ep. Ruſpenſis	1.Ian.
Furſeus 1. Abbas Latiniacenſis	16.Ian.
Fuſcianus M. cum ſociis	11.Dec.
Eiuſdem cum ſuis Inuentio	27.Iun.

G.

Gallicanus M.	25.Iun.
Gallus Abbas	16. Oct.
Gangulphus M. al. Gengulphus	11.Maij
Gaugericus Ep. Camerac.	11. Aug.
Gedeon Princeps	1. Sept.
Gelaſius Papa	21.Nou.
Gemma V.	
Gendulphus Ep. Pariſien.	13. Nou.
Genebaldus Ep.	5.Sept.
Geneſius M. Arelaten.	25. Aug.
Geneſius M.Romanus	25. Aug.
Gengulphus M. al. Gangulphus	11.Maij
Gentianus,Fuſcianus,&Victoricus MM.	11.Dec.

Godefridus Ep. Ambian.	9 Nou.
Godefridus, cognomento Pachomius, Monachus Villarien.	
Godegrandus Ep. Sagiensis M. cum sociis	3.Sep.
Godehardus Ep. Hildeshemensis	4.Maij
Godericus Eremita	21.Maij
Godescalcus Ep.	7. Aug.
Godoleua M.	6.Iul.
Goëricus Ep. Metensis	19.Sept.
Gordianus & Epimachus MM.	10. Maij
Gorgonius & Dorotheus MM.	9.Sept.
Goswinus M.	22.Maij
Goswinus Abbas Aquicinctinus C.	9.Oct.
Grata V. Bergomi	1.Maij
Gratianus Ep.	18.Dec.
Gratilianus & Felicissima	12. Aug.
Gregorius Ep. Lingonensis C.	4. Ian.
Gregorius Presbyter M.	24.Dec.
Gregorius Ep. Nazianz.	11.Iun.
Gregorius Papa I.	12. Mart.
Gregorius Papa II.	13. Febr.
Gregorius Ponticus Ep.	3.Iul.
Gregorius Ep. Vltraiect.	25. Aug.
Gregorius Ep. Turon.	17.Nou.
Grimbaldus Abbas Wintonien.	8.Iul.
Gudtlacus Anachoreta	11. Apr.
Guddenes V. al. Gundenes	18.Iul.
Gudila V. Bruxellis	8. Ian.
Eiusdem Translatio	6.Iul.
Gudwalus Archiep. C.	6. Iun.
Guibertus C.	23 Apr.
Eiusdem Eleuatio	23.Maij
Guido Anderlechtensis C.	12. Sept.
Eiusdem Eleuatio	24. Iun.

Guilielmus Dux Aquitaniæ 10. Febr.
Guilielmus Comes Hannoniæ, inde dux Aquitaniæ, pòst Monachus tempore Caroli Magni 28. Maij
Guilielmus C. 3. Nou.
Guilielmus Archiep. Bituricensis Ord. Cistert. 10. Ian.
Guilielmus Abbas Roskildensis, seu S. Spiritus 6. Apr.
Gumbertus M. 20. Mart.
Gummarus C. 11. Oct.
Eiusdem Miracula
Gundenes V. al. Guddenes 18. Iul.
Gundulphus Ep. Traiecten. 17. Ian.
Gundleus, Rex & C. 29. Mart.
Guntranmus Rex Francorum, V.e Clodouæus 28. Mart.

H.

Hadelinus C. 3. Febr.
Halena V. & M. 17. Iun.
Harlindis Abbatissa Eickensis 12. Oct.
Eiusdem Eleuatio seu Translatio 22. Mart.
Haseka V. in Monasterio Sychemen. 26. Ian.
Hayramnus Ep. Ratisbonensis, al. Hemmerammus seu Heimerammus 22. Sept.
Hadwigis ducissa Poloniæ, al. Hedwigis 15. Oct.
Heldemarus Fūdator Monasterij Aroasiæ 13. Ian.
Helena Imperatrix 18. Aug.
Eiusdem Translatio ad Monasterium Altiuillarense 7. Febr.
Eiusdem Miracula
Helena Matrona M. 1. Aug.

Helena

Helena de Vtino Ord. Eremitarum S. Augustini
Helena V. Naturensis 4. Maij
Helizæus Propheta 17. Iun.
Hemmerammus. Ep. Ratisbonensis, al. Haymerammus 22. Sept.
Hemmericus Ep. al. Emmericus 4. Nou.
Henricus Archiep. Vspalensis M. 19. Ian.
Henricus filius Regis
Henricus Eremita in Anglia 16. Ian.
Henricus Imperator 14. Iul.
Henricus de Calstris Louaniensis Ord. Prædicat.
Herculanus Ep. 12. Aug.
Heribertus Archiepisc. Colon. auctore Ruperto Tuitiensi 16. Mart.
Eiusdem vita, auctore Lamberto Tuitiensi
Herina V. & M. al. Hirene, vel Irene 4. Maij
Hermagoras Ep. Aquileiensis 12. Iul.
Hermannus C. qui & Ioseph Ord. Præmonstr. 7. Apr.
Hermelandus Abbas 1. Antrensis, al. Ermelandus 25. Mart.
Hermelendis V. al. Ermelendis 29. Oct.
Hermes Præfectus M. 28. Aug.
Eiusdem Translatio 6. Iul.
Hermolaus Presbyter 27. Iul.
Heron M. cum sociis 14. Dec.
Hieronymus Presbyter 30. Sept.
Hilaria M. mater S. Afræ 12. Aug.
Hilarianus Monachus 7. Aug.
Hilarion Abbas 21. Oct.
Hilarius Ep. Miniatensis 25. Oct.
Hilarius Papa C. 10. Sept.
Hilarius Ep. Arelatensis 5. Maij
Hilarius Ep. Pictauiensis 13. Ian.

Hildebardus Ep. Tullēsis, al. Hildewardus	29. Dec.
Eiusdem Translatio	7. Sept.
Hildefonsus Archiep. Toletan.	23. Ian.
Hildulphus Archiep. Treueren.	11. Iul.
Hiltrudis V. Lætiis	27. Sept.
Himelinus C.	20. Maij
Himerius Presbyter	17. Iun.
Hippolytus M.	
Hirene V. & M. al. Herina	4. Maij
Honoratus Ep. Ambianensis	16. Maij
Honoratus Ep. Arelatensis	16. Ian.
Hormisda Papa	6. Aug.
Hubertus Ep. Traiectensis	3. Nou.
Eiusdem Translatio I.	1. Nou.
Eiusdem Translatio II.	
Hugo Ep. Gratianopolit.	1. Apr.
Hugo Abbas v. Cluniac.	29. Apr.
Eiusdem Miracula	
Humbertus Presbyter C.	6. Sept.
Humbertus Ep. Foroiuliensis	25. Mart.
Hunegundis V.	25. Aug.
Eiusdem Inuentio & Translatio	7. Nou.
Hyacinthus M.	26. Iul.
Hylda Abbatissa	15. Dec.
Hyginus Papa	11. Ian.

I.

Iacobus Intercisus M.	27. Nou.
Iacobus Maior Apost.	1. Maij
Eiusdem Translatio in Hispaniam	30. Dec.
Iacobus Minor Apost.	25. Iul.
Iacobus Ep. Nisibinus	16. Iul.
Ianuarius Ep. cum aliis	19. Sept.

Iason

Iaſon diſcipulus Chriſti 12.Iul.
Ida de Lewis Ord. Ciſtert. in Rameia 11. Dec.
Ida de Louanio Ord. Ciſtert. in valle Roſarum iuxta Mechliniam 13.Apr.
Ida de Niuella Ord. Ciſtert. in Rameia 11.Dec.
Ida Vidua Comitiſſa Bolonienſis 4. Sept.
Iduberga, ſeu Itta Vidua mater S. Gertrudis 6. Nou.
Ieremias Propheta 1. Maij
Ieron M. 17. Aug.
Ignatius Ep. & M. 1. Febr.
Innocentes pueri 28. Dec.
Innumerabiles MM. Cæſarauguſtani 3. Nou.
Innumerabiles MM. Tyrenſes 20. Febr.
Innocentius Papa. I. 28. Iul.
Iob Propheta 10. Maij
Ioannes Abbas Reomaënſis 28. Ian.
Ioannes Agnus Ep. Tungrenſis 25. Iul.
Ioannes Almanceps Hiſpanus
Ioannes Soreta
Ioannes Humilis, ſeu de Monte-mirabili 29. Sept.
Ioannes Chryſoſtomus 27. Febr.
Ioannes Ep. Eboracenſis 7. Maij
Ioannes & Paulus MM. 26. Iun.
Ioannes Euangeliſta 27. Dec.
Idem ante portam Latinam 6. Maij
Ioannes Baſſandus Ord. Cæleſtin. 25. Aug.
Ioannes de Monchiaco Petroſo 24. Iun.
Ioannes Eremita 12. Nou.
Ioannes M. Nicomed. 7. Sept.
Ioannes Papa I. 27. Maij
Ioannes Eleemoſynarius Archiepiſc. Alexandr. 23. Ian.
Ioannes Papa VI. M. 12. Ian.

Ioannes Prior Bridlingtonienſis, Ord. Canonic. Regul. 10. Oct.
Ioannes Ruyſbrouck Ord. Canonic. Reg. 2. Dec.
Ioannes Baptiſta 24. Aug.
Eiuſdem Natiuitas 24 Iun.
Eiuſdem faciei Receptio Ambiani
Ioannes de Leuwis Ord. Canonic. Regul. 5. Febr.
Ioannes Houtonius Prior Carthuſ. & alij MM. 4. Maij
Ioël & Eſdras Prophetæ 13. Iul.
Ionathus Abbas Marchianenſis C. 1. Aug.
Eiuſdem Eleuatio 8. Apr.
Ioſeph iuſtus 20. Iul.
Ioſeph nutritor Domini 19. Mart.
Ioſue & Gedeon 1. Sept.
Irene V. al. Hirene ſeu Herina 4. Maij
Irene & Abundus 26. Aug.
Irenæus Ep. Lugdunenſis M. 28. Iun.
Irenæus Ep. Sirmienſis M. 25. Mart.
Irenæus M.
Iſaac & Maximianus 27. Aug.
Iſaias Propheta 6. Iul.
Ithmarus Ep. Roffenſis, al. Edmarus 10. Iun.
Itiſberga V. 21. Maij
Iudas Ep. & M. al. Cyriacus 4. Maij
Iudocus ſupra mare C. 13. Dec.
Iuetta Recluſa prope Huium 13. Ian.
Iulia V. & M. Trecis 21. Iul.
Iuliana V. & M. Orientalis 16. Febr.
Iuliana Prioriſſa in Monte Cornelij, Ord. Ciſtert. 5. Apr.
Iulianus 1. Ep. Cenoman. 27. Ian.
Iulianus & Baſiliſſa MM. 9. Ian.
Iulianus Podagricus M. 27. Febr.

Iulia-

Iulianus Briuatenfis M.	28. Aug.
Iulius miles M.	27. Maij
Iulius Papa C.	12. Apr.
Iulius Presbyter & Iulianus Diaconus	31. Ian.
Iulius Senator M.	19. Aug.
Iuo Presbyter C.	19. Maij
Eiusdem Eleuatio	27. Oct.
Iusta & Rufina MM. Hispal.	19. Iul.
Iustina V. & M.	7. Oct.
Iustus Ep. Cantuar.	16. Nou.
Iustus Ep. Lugdun.	2. Sept.
Eiusdem Translatio	2. Sept.
Iustus & Pastor fratres MM.	6. Aug.
Iustus seu Iustinus puer M.	18. Oct.
Iuuenalis Ep.	3. Maij
Iuuentius in Versiaco Monasterio	13. Ian.
Iuuinus C.	3. Oct.

K.

Kanutus Rex M.	7. Ian.
Kenelmus puer Regis	17. Iul.
Kentegernus Ep. Glascoensis in Scotia	13. Ian.
Keyna V.	
Kilianus Ep. & M cum suis, al. Chilianus	8. Iul.
Kilianus Ep. & C. Albiniaci, al. Chilianus, seu Chillenus	13. Nou.
Kirianus Ep. al. Keranus vel Piranus	5. Mart.

L.

Ladislaus Rex M.	27. Iul.
Lambertus Ep. Traiecten. M.	17. Sept.
Landelinus Abbas	15. Iun.

Landoaldus Archipresbyter C. 19. Mart.
Eiusdem Eleuatio I. cum Vinciana, Amantio, Adriano, & aliis in Wintershoue 1. Dec.
Eiusdem Translatio ex Wintershoue Gandauū 19. Mart.
Eiusdem Eleuatio II. cum aliis 13. Iun.
Landrada V. & Abbatissa Belisiensis 8. Iul.
Eiusdem Eleuatio 5. Mart.
Eiusdem Translatio Gandauum 19. Mart.
Landricus Ep. Metensis 17. Apr.
Lanfrancus Archiep. Cantuar. 11. Apr.
Laudus Ep. Constantiensis 21. Sept.
Launomarus Abbas Turbionensis 19. Ian.
Laurentius Archiep. Cantuar. 2. Febr.
Laurentius Archiep. Dublinien. 14. Nou.
Laurentius Leuita M. 10. Aug.
Laurentius Ep. & M. 4. Iul.
Leander Ep. & C. 27. Febr.
Lebuinus Presbyter C. 12. Nou.
Lefredus Abbas, al. Leutfridus 21. Iun.
Leobardus C. 18. Ian.
Leocadia V. & M. 9. Dec.
Leodegarius Augustodun. Ep. M. 2. Oct.
Eiusdem Translatio
Leonardus Abbas C. 16. Nou.
Eiusdem Miracula
Leonardus Diaconus C. 6. Nou.
Leo Papa I. 11. Apr.
Leo Papa II. 24. Iun.
Leo Papa IX. 19. Apr.
Leopardus M. 30. Sept.
Lætus Diaconus C. 5. Nou.
Leucius, Thyrsus, Calenicus MM. 28. Ian.
Leutfridus Abbas C. al. Lefredus 21. Iun.

Le-

Lewina V. 24. Apr.
Libaria V.& M. 28. Nou.
Liberatus Abbas M, cum ſex ſociis 17. Aug.
Liberius Ep. Cenoman. al. Liborius 23. Iul.
Libertus Preſbyter, al. Lithbertus 3. Iul.
Lidwigis V. al. Lydtwigis 14. Apr.
Lintrudis V. al. Lutrudis 22. Sept.
Linus Papa 23. Sept.
Lioba V. & Abbatiſſa 28. Sept.
Liphardus Archiep. M. al, Lietfardus 4. Febr.
Liphardus Abbas 3. Iun.
Liuinus Ep.& M. 12. Nou.
Eiuſdem Tranſlatio ad Gandēſe monaſterium
Longinus miles M. 15. Mart.
Loutwinus Archiepiſc. Treuir. al. Ludwinus 29. Sept.
Lubentius Preſbyter, al. Lupentius 13. Oct.
Lucanus M. 30. Oct.
Lucas Euangeliſta 18. Oct.
Luceia V. & M. cum aliis 25. Iun.
Lucia V.& M. 13. Dec.
Lucia & Geminianus MM. 16. Sept.
Lucianus Presbyter M. 7. Ian.
Lucianus PresbyterM. Belluacēſis cū ſociis 8. Ian.
Lucius M. cum aliis 24. Febr.
Lucius Papa M. 4. Mart.
Ludgerus 1. Ep. Monaſterienſis, al. Lutgerus 26. Mart.
Ludouicus Cardinalis
Ludouicus Ep. Toloſanus Ord. Minorū 19. Aug.
Ludouicus Rex Francorum C. 25. Aug.
Luglius & Luglianus MM. 23. Oct.
Lullus Ep. Moguntinus C. 16. Oct.
Lupus Ep. Baiocenſis 25. Oct.

Lupus

Lupus Archiep. Senonensis 1.Sept.
Lupus Ep. Trecensis 29.Iul.
Lutardus Comes Cliuensis 15.Sept.
Lutgardis Sanctimonialis 16. Iun.
Lutgerus 1. Episc. Monaster. al. Ludgerus 26. Mart.
Lutrudis V. al. Lintrudis 22.Sept.
Lutwinus Archiep. Treuirensis, al. Loutwinus 29. Sept.
Lydtwigis V. al. Lidwigis 14. Apr.

M.

Machabæi fratres MM. 1. Aug.
Macarius Abbas Alexandrin. 2.Ian.
Macarius & Eugenius MM. 23.Ian.
Macarius Abbas Ægyptiacus 25.Ian.
Macarius Patriarcha Antiochenus 10.Apr.
Eiusdem Eleuatio 9. Maij
Macarius Presbyter 20.Dec.
Macra V.& M. 6.Ian.
Machtildis Sanctimonialis 14.Mart.
Machutus Ep. 15. Nou.
Maclouius Ep. 15.Nou.
Madalgarius Comes, al. Vincentius 14.Iul.
Madelberta V. & Abbatissa Malbodiensis 7.Sept.
Magdalena 22. Iul.
Eiusdem Translatio
Magdalueus Ep. Virdunensis 4. Oct.
Magi tres 6.Ian.
Eorum Translatio 23. Iul.
Maglorius Ep. Dolensis 24. Oct.
Magnericus Archiep. Treuiren. 25. Iul.
Magnus Ep. Anagninus M. 19. Aug.

Maiolus Abbas 1.Maij
Malachias Ep. Hiberniæ 3.Nou.
Malaxendis V. & M. al. Maxellendis 13.Nou.
Mammarius Presbyter & M. cum sociis 10.Iun.
Mammes M. 17.Aug.
Mansuetus Ep. 19.Febr.
Mappalicus M. 17.Apr.
Marcellianus & Marcus 19.Iul.
Marcellinus Presbyter & Petrus Exorcista 2.Iun.
Marcellinus Papa 26.Apr.
Marcellus & Apuleius 7.Oct.
Marcellus M. Lugdunen. Cabilone 4.Sept.
Marcellus M. apud castrum Argentomacum 29.Iun.
Marcellus Papa cum sociis 16.Ian.
Eiusdem Translatio ad Monasterium Altimontense
Eiusdem ibidem Inuentio 9.Sept.
Marcellus Ep. Parisien. 1.Nou.
Marcellus M. Cabilone 4.Sept.
Martiana V. 9.Ian.
Marcus Ep. Hierosol. 28.Apr.
Marcus & Martianus 4.Oct.
Marcus Euangelista M. 25.Apr.
Marcus Papa 7.Oct.
Margareta V. & M. 20.Iul.
Eiusdem Miracula
Margareta Contracta, Virgo Parthenopolitana 22.Mart.
Margareta Regina Scotiæ 10.Iun.
Margareta de Ipris
Margareta seu Margaretula Louanien. M. 2.Sept.
Margareta de Gerines conuersa in Valle Ducissæ Ord. Prædic.

Maria

Maria de Oegnes	23.Iun.
Maria Dolorosa M.	18.Iun.
Maria Ægyptiaca	2. Apr.
Maria V. & M.	2.Dec.
Maria Salome	22. Oct.
Marianus Diaconus	1.Dec.
Marianus Monachus	19. Aug.
Marianus Lector & Iacobus Diac. MM.	30.Apr.
Marina V.	8.Iul.
Marinus Miles	3. Mart.
Marinus puer & M.	26 Dec.
Marius & Martha cum aliis MM.	19.Ian.
Marſus Preſbyter	8.Iun.
Martha hoſpita Chriſti	29.Iul.
Martialis 1. Ep.Lemouicenſis C.	30.Iun.
Martiana V. al. Marciana	9. Ian.
Martina V. & M.	1. Ian.
Martinus Papa & M.	12. Nou.
Martinus Ep.Tungrenſis	21.Iun.
Eiuſdem Tranſlatio	
Martinus Ep. Turonen. C.	11. Nou.
Eiuſdem Relatio	13.Dec.
Eiuſdem Miracula poſt Relationem	
Martyres plurimi Romæ	10. Apr.
Martyres Cæſarauguſtani XVIII.	16.Apr.
Martyres Scyllitani XII.	17.Iul.
Marus Ep. Treuir. C.	26. Febr.
Maſſa Candida	24.Aug.
Maternus Ep. & C.	14. Sept.
Mathæus Apoſtolus	21.Sept.
Matrona M.	8.Nou.
Maturinus Preſbyter C.	1.Nou.
Maurilius Ep. Andegauenſis	13. Sept.
Maurilius M. cum ſociis	22. Sept.

Mauri-

Maurinus Abbas	10. Iun.
Eiuſdem Inuentio & Tranſlatio	13. Oct.
Mauri MM. trecenti	24. Aug.
Mauronrus Abbas Broylenſis C.	5. Maij
Maurus Abbas	15. Ian.
Eiuſdem Inuentio & Miracula	15. Ian.
Maurus Preſbyter M. cum ſociis	22. Aug.
Maurus Monachus M.	22. Aug.
Maxellendis V. & M. al. Malaxendis	13. Nou.
Maxentia Vidua mater S. Vigilij	30. Mart.
Maxentius Abbas C. al. Adiutor	26. Iun.
Maxima M. V.ᵉ Anſanus	1. Dec.
Maximilianus Archiep. Laureacenſis	12. Oct.
Maximilla & Domitilla	30. Iul.
Maximinus Ep. Treuiren. C.	29. Maij
Maximus Leuita	20. Oct.
Maximus Ep. Regienſis	26. Nou.
Maximus Ep. Viennenſis	13. Sept.
Maximus M. Aſianus	30. Apr.
Maximus B. Martini diſcipulus	20. Aug.
Medardus Ep. Nouiomenſis	8. Iun.
Medericus Abbas C. al. Medredus	29. Aug.
Melania Romana	31. Dec.
Melanius Ep. Rhedonenſis	5. Ian.
Melchiades Papa	10. Sept.
Meletius Ep. Antiochenus	12. Febr.
Meletius Ep. Cretenſis, al. Miletius,	4. Dec.
Mellitus Ep. in Britannia	24. Apr.
Mello Archiep. Rotomagen.	22. Oct.
Meloris ſeu Melorus M.	1. Oct.
Memmianus Ep.	
Memmius 1. Ep. Catalaunenſis	5. Aug.
Memorius Diaconus M. cum ſociis.	7. Sept
Menander M. Pruſę in Bithynia, V.ᵉ Acacius	28. Ap.

Mennas

N.

Neo-

Neophyta V. & M. in Monasterio Limpurgensi
Neotus Abbas in Anglia 31.Iul.
Nereus & Achilleus MM. 12.Maij
Nestor Ep. & M. 26.Febr.
Nicetas & Aquilina 24. Iul.
Nicetius Ep. Treuiren. 5.Dec.
Ninianus Ep. Candidæ Casæ 16. Sept.
Nicasius Ep. Rotomagen. M. cum aliis 11.Oct.
Nicasius Archiep. Remensis M. 14.Dec.
Nicephorus Ep. Constantinop. 13.Mart.
Nicolaus Ep. Myrensis C. 6. Dec.
Eiusdem Translatio Barrum 9. Maij
Nicolaus Tolentinas Ord. Eremit. S. Augustini 10. Sept.
Nicomedes Presbyter 15.Sept.
Nicostratus M. 7.Iul.
Nortbertus Archiep. Magdeburg. 6.Iun.
Noytburgis V. 31. Oct.

O.

Obodius C. al. Autbodius 21.Nou.
Oda femina Religiosa apud villam Thorimbays
Oda Vidua, mater S. Arnulphi Ep. 23.Oct.
Oda V. filia Regis Scotiæ 27.Nou.
Odilo Abbas 15.Ian.
Odilia V. & Abbatissa, V.[e] Adilia 30.Iun.
Odilia V. al. Othilia, & Adilia 13.Dec.
Odiliæ vnius ex XI. millibus Virg. Translatio Huij 18. Iul.
Odo Archiep. Cantuarien. 4.Iul.
Odo Abbas 1. Cluniacensis 18. Nou.
Odo Presbyter & prædicator in Brabantia

Odrada V. Campiniensis	3. Nou.
Odulphus Presbyter C.	12. Iun.
Olympius & Maximus	15. Apr.
Omnes Sancti	1. Nou.
Onesimus Ep. Swessionensis	13. Maij
Onophrius C.	12. Iun.
Oportuna V. & Abbatissa Monasteriolensis 22. Apr.	
Ortrudis V. Ghisnensis, al. Rotrudis	22. Iun.
Ositha V. Regina & Abbatissa Chichensis 7. Oct.	
Oswaldus Rex Anglorum M.	5. Aug.
Eiusdem Translatio Bergas S. Winoci	20. Iun.
Oswaldus Ep. Vigornien.	15. Oct.
Othgerus Comes Caroli magni, inde Monachus C.	16. Sept.
Othilia V. al. Odilia	13. Dec.
Othmarus Abbas	16. Nou.
Ozeas Propheta	4. Iul.

P. V.[e] & F.

Pachomius Abbas	14. Maij
Palmatius M. cum sociis	10. Maij
Pamphilus Ep. Salomensis	28. Apr.
Pancratius M.	12. Maij
Pantaleon M.	27. Iul.
Panthenius Presbyter	7. Iul.
Parmenius Presbyter M.	22. Apr.
Papias & Maurus MM.	29. Ian.
Paschasius Ep. Viennensis	22. Febr.
Patermucius & Copres	9. Iul.
Paternianus Ep. Bononiensis	12. Iul.

Petrus, Andreas, Paulus & Dionysia MM. 15.Maij	
Petrus M.Nicomediensis	12. Mart.
Petrus Ep.Tarentasiæ	8.Maij
Petrus M.Ord Prædicat.	29.Apr.
Petrus Monachus Villariensis C.	
Phara V. in pago Meldicensi	7. Dec.
Pharaildes V. Gandaui	4. Ian.
Eiusdem Translatio Gandauum	17.Nou.
Eiusdem Eleuatio	4.Ian.
Pharo Ep. Meldensis C.	28.Oct.
Phileas & Philoromus MM.	4.Febr.
Philemon & Apollonius cum sociis	8.Mart.
Philibertus Abbas 1. Gemeticensis	20. Aug.
Eiusdem Translatio	20. Iul.
Philippus Apostolus M.	1.Maij
Philippus Diaconus	6.Iun.
Philippus Ep.Alexandrin.	13. Sept.
Philippus Ep. Heraclitensis	22.Oct.
Philippus Ep.Hierapolitan.M.cum aliis.	22.Oct.
Philon Ep.& M.	1.Oct.
Phocas Ep. Sinopidis	14.Iul.
Phocas M. apud Antiochiam	5. Mart.
Photinus Ep. Lugdunen. M.cum aliis	2. Iun.
Piatus M Tornaci	1.Oct.
Pigmenius Presbyter M.	24.Mart.
Pinytus Ep. Gnossi	10.Oct.
Pipinus dux Brabantiæ C.	21.Febr.
Piranus Ep. al. Kirianus	5. Mart.
Pius Papa 1.	11.Iul.
Plithelmus Ep. al. Plechelmus	15.Iul.
Plurimi MM.	
Plutarchus cum aliis	28.Iun
Polycarpus Ep. Smyrnensis M.	26.Ian.

Poly-

Polychronius Ep.& M. 17.Febr.
Polyænus M.Prusæ in Bithynia, V.e Acacius 28. Apr.
Polyeuctus, Candidianus, Philoromus MM. 9.Ian.
Pontianus M. 11. Dec.
Pontius M. 14.Maij
Poppo Abbas Stabulensis 25.Ian.
Potentiana V. 19.Maij
Potentianus Ep. Senonen. M. 31.Dec.
Potitus M. 13 Ian.
Præcordius C. 1.Febr.
Eiusdem Translatio
Praxedes V. 21.Iul.
Præiectus Ep. Aruernensis M. 25.Ian.
Primus & Felicianus MM. 9.Iun.
Primus, Marcus, Iason, Cæcilianus MM. 11.Maij
Principius Ep. Swessionensis 25.Sept.
Prisca V.& M. 18. Ian.
Priscilla & Aquila 8.Iul.
Priscus M.cum aliis 26.Maij
Priuatus Ep. & M. 21. Aug.
Processus & Martinianus MM. 2 Iul.
Procopius M. 8.Iul.
Prosper Ep.Rhegiensis C. 25.Iun.
Prothus & Hyacinthus cum aliis 11.Sept.
Ptolemæus, Lucius cum alio MM. 19.Oct.
Pusinna V. 23 Apr.
Pyrona Reclusa 16.Mart.

Q. V.e & C.

Quadraginta MM. Cappad. 9.Mart.
Quadraginta nouem MM. 24.Sept.
Quadratus Ep. Atheniensis 21. Aug.

Quatuor millia LXXVII. MM.	18. Oct.
Quatuor Coronati MM.	8. Nou.
Quinctilianus M.	13. Apr.
Quinctinus M.	31. Oct.
Eiusdem Inuentio I.	24. Iun.
Eiusdem Inuentio II.	2. Ian.
Eiusdem Miracula	
Quiriacus Ep. M. al. Cyriacus	4. Maij
Quirinus Tribunus M.	30. Mart.
Quirion M. cum sociis	13. Ian.
Quiteria V.	22. Maij.

R.

Radbodus Ep. Vltraiectinus	29. Nou.
Radegundis Regina	13. Aug.
Ragenfredis V. Abbatissa Dononij	8. Oct.
Eiusdem Relatio	11. Iun.
Ragenulpha seu Ragenufla	14. Iul.
Rauenus & Rasiphus MM.	23. Iul.
Rayneldis V. & M.	16. Iul.
Regina V. & M.	7. Sept.
Regina Abbatissa Dononij	1. Iul.
Regulus 1. Ep. Siluanectensis	30. Mart.
Regulus Archiep. in Africa	1. Sept.
Relendis V. V.c Harlindis	6. Febr.
Eiusdem Eleuatio	22. Mart.
Remaclus Ep. Traiecten.	13. Sept.
Remigius Archiep. Remensis Auctore Hincmaro	13. Ian.
Eiusdem vita auctore Fortunato	
Eiusdem Translatio	1. Oct.
Renobertus Ep. Baiocensis	16. Maij

Reo-

Reolus Archiep Remensis 25.Nou.
Reparata V. & M. 8.Oct.
Restituta V. & M. 27.Maij
Eiusdem Translatio ex Italia in Franciam
Reynoldus Monachus M. 7.Ian.
Reynerus Solitarius 17.Iun.
Richardus Rex Angliæ 7.Febr.
Richardus Ep. Cicestriensis C. 3.Apr.
Richardus Presbyter 26.Apr.
Richardus puer 8.Dec.
Richarius Abbas Centulensis 26.Apr.
Eiusdem Miracula
Richmirus C. 17.Ian.
Rictrudis Abbatissa Marchianensis 12.Maij
Rigobertus Archiep. Remensis 4.Ian.
Robertus Abbas Cistertiensis in Anglia 7.Iun.
Robertus Abbas Casæ Dei 24.Apr.
Robertus Abbas Molismensis & 1. Cistertiensis 29. Apr.
Robertus de Salle C. Ord. Cælestin. 18. Iul.
Robertus C. al. Rupertus 15.Maij
Rochus C. 16.Aug.
Rogerius C. Ord. Minorum 4.Ian.
Rolandus M. cum aliis 16.Iun.
Rolendis V. 13.Maij
Romanus Abbas 28.Febr.
Romanus Presbyter & Monachus Blauiensis 24. Nou.
Romanus Archiep. Rotomagensis 23.Oct.
Romanus Monachus, Hesychius Palatinus & Barula MM. 18. Nou.
Romanus M. Romanus 9.Aug.
Romaricus Abbas 8.Dec.
Rotrudis V. Ghisnensis, al. Ortrudis 22.Iun.

Rufina & Secunda VV. & MM. 10.Iul.
Rufinus & Valerius MM 14. Iun.
Rufus M. 19. Apr.
Rufus & Carponius MM. 27. Aug.
Rumoldus Archiep. Dublinienſis M. 10.Iul.
Rupertus Ep. Vangionum C. 27.Mart.
Rupertus Dux Palatinus Rheni C. al. Robertus 15. Maij

S.

Sabina M. Romæ 29.Aug.
Sabina V. al. Sauina, ſoror S. Sauiani Trecis 29.Aug.
Sabinus Ep. cum ſociis 30.Dec.
Sabinus alius cum ſociis 12.Iun.
Salaberga Abbatiſſa 21.Sept.
Saluius Ep. Ambianenſis C. 28.Oct.
Saluius Ep. Engoliſmenſis M. 26. Iun.
Saluius Ep. Albigenſis 10.Sept.
Sampſon Ep. Dolenſis 28. Iul.
Sanctinus Ep. Meldenſis C. 22.Sept.
Saturninus & Siſinnius MM. 29. Nou.
Saturninus Preſbyter M. cum ſociis 11. Febr.
Sauina V. al. Sabina 29.Aug.
Sauinianus Ep. Senonenſis & Potentianus MM. 31. Dec.
Sauinianus M. al. Sabinianus 29.Ian.
Schetzelo C. al. Giſiſlenus
Scyllitani MM. XII. 17.Iul.
Scholaſtica V. 10.Febr.
Sebaldus C. 19. Aug.
Sebaſtianus M. 20.Ian.
Eiuſdem Tranſlatio 9.Dec.

Secun-

Secundianus cum aliis M.	9.Aug.
Secundus Miles M.	26.Aug.
Segelena Vidua	24.Iul.
Senericus Diaconus	7.Maij
Septem dormientes Ephesij	27.Iul.
Septem dormientes Turonici	11. Nou.
Septem fratres filij S.Felicitatis	10.Iul.
Septem fratres Machabæi	1.Aug.
Sequanus Abbas	19.Sept.
Serapia V. & M.	3.Sept.
Serapion Ep.	21.Mart.
Serapion Eremita	21.Maij
Serenus Monachus M.	
Sergius & Bacchus	7.Oct.
Sergius Papa	9.Sept.
Seruatius Ep. Tungrensis	13.Maij.
Seruulus Paralyticus	23.Dec.
Seuera V. & Abbatissa, soror S. Modoaldi	20. Iul.
Seuerinus Abbas Agaunensis	11.Febr.
Seuerinus Ep. Coloniens.	23.Oct.
Seuerinus Boëtius	23.Oct.
Seuerinus Noricorum Apostolus	7. Ian.
Seuerus Archiep.Rauennas	30. Apr.
Seuerus Presbyter	15. Febr.
Siffridus Ep. al. Sigfridus	15.Febr.
Sigismundus Rex Burgundionum M.	1.Maij
Siluerius Papa	20.Iun.
Siluester Papa	31.Dec.
Siluinus Ep. Teruanen.	17. Febr.
Siluius Ep.	7. Oct.
Siluius M.	26. Iun.
Simon Comes Veromandiæ	30. Sept.
Simon puer Tridentinus M.	24.Mart.

Simon & Iudas Apoſtoli MM. 28.Oct.
Simplicius Ep. Auguſtodunenſis 15.Maij
Simplicius, Fauſtinus, & Beatrix MM. 29. Iul.
Simplicius Papa 2. Mart.
Siſinnius M.cum ſociis 29.Maij
Siuiardus Abbas Aniſolenſis 1.Mart.
Sixtus & Sinnicius Epp. 1.Sept.
Sixtus Papa
Solemnis Ep. Carnotenſis 25.Sept.
Sophia cum tribus filiabus 1.Aug.
Soſius Diaconus M. 19.Sept.
Soſthenes & Victor 10.Sept.
Speuſippus, Meleuſippus, & Eleuſippus fratres MM. 17.Ian.
Spiridion Ep. 14.Dec.
Staniſlaus Ep. Cracouienſis M. 11. Apr.
Stephanus Papa 1. M.cum ſociis 2.Aug.
Stephanus Papa 11.
Stephanus Ep. Dyenſis Ord. Carthuſ. 7.Sept.
Stephanus Eremita Ordinis Grandimontenſis Fundator C. 13.Febr.
Stephanus Protomartyr 26.Dec.
Eiuſdem Inuentio 3. Aug.
Eiuſdem Miracula
Eiuſdem Tranſlatio Cõſtantinopolim 27.Sept.
Eiuſdem Tranſlatio Conſtantinopoli Romam 7.Maij
Stephanus Rex Hungariæ 20.Aug.
Sulpitius Archiep. Bituricen. 27.Ian.
Suſanna V. & M. 11. Aug.
Switbertus Ep.Werdenſis 1.Mart.
Symeon Ep. cum ſociis MM. 21.Apr.
Symeon Ep. Hieroſolymit. 18.Febr.
Symeon Monachus Treuirenſis C. 1.Iun.

Symeon Stylites 5.Ian.
Symeon Senex 8.Oct.
Symeon Solitarius 3.Sept.
Symphorianus M. Romæ 7.Iul.
Symphorianus M. Augustoduni 22. Aug.
Symphorosa M.cum VIII. filiis 18.Iul.
Syrus Ep.Papiensis 9. Dec.
Syrus & Iuentius Epp.Papienses 12.Sept.

T.

Tatiana V. 12. Ian.
Taurinus I.Ep. Eboracensis 11.Aug.
Tecla V.& M. 23.Sept.
Telesphorus Papa M. 5.Ian.
Terentius Ep.Iconij M. 21.Iun.
Tertullinus Presbyter 4. Aug.
Thais Pœnitens 28. Aug.
Tharacus,Probus,Andronicus MM. 11.Oct.
Thatæus Ep. & C. 26.Dec.
Thebæi MM. 22.Sept.
Theobaldus Ep.
Theobaldus Eremita C. 30.Iun.
Theodardus Ep. Traiectensis M. 10.Sept.
Theodoricus Abbas Montis Or. apud Remos C. 1.Iul.
Theodoricus Abbas Andaginensis in Arduenna C. 24.Aug.
Theodulphus Ep. & Abbas Lobiensis C. 24.Iun.
Theodulphus Abbas 1.Maij
Theodora Electa seu Pœnitens 11.Sept.
Theodora V.& M. Alexandriæ 28. Apr.
Theodorus Ep.
Theodorus Miles M. 9. Nou.

Theo-

Theodorus Presbyter M. cum aliis	23. Oct.
Theodosia V. & M.	2. Apr.
Theodota cum filiis	2. Aug.
Theogenes M.	3. Ian.
Theognestus Ep. Philippensis	23. Iun.
Theophilus Pœnitens	4. Febr.
Thietbaldus C. al. Theobaldus	30. Iun.
Thomas Apostolus M.	21. Dec.
Eiusdem Translatio Edessam	3. Iul.
Thomas Archiep. Cantuar. M.	29. Dec.
Thomas de Aquino C.	7. Mart.
Thomas Ep. Herfordiensis C.	2. Oct.
Thomas Comes Lancastriæ M.	
Thraseas Ep. Eumeniæ	5. Oct.
Thyrsus M.	
Tiburtius M.	11. Aug.
Tiburtius & Valerianus MM.	14. Aprilis
Tillo Abbas Solemniacensis C.	7. Ian.
Timotheus Ep. Ephesinus	24. Ian.
Timotheus & Apollinaris MM.	23. Aug.
Timotheus M.	22. Aug.
Torpes M.	17. Maij
Torquatus M.	8. Iul.
Tranquillinus M.	6. Iul.
Tres Milites conuersi à S. Paulo	2. Iul.
Tres pueri Babylonici	16. Dec.
Tres Reges V. Magi	6. Ian.
Eorumdem Translatio	23. Iul.
Trudo Presbyter C.	23. Nou.
Tryphon M.	1. Febr.
Tryphonia Vidua	18. Oct.
Turianus Ep. Dolensis	13. Iul.

Valen-

V.

Valentinus Ep. Interamnensis M.	14. Febr.
Valentinus Ep. Pataviensis C.	7. Ian.
Eiusdem Inuentio Anno 1090.	
Valentinus Presbyter M.	14. Febr.
Valeria Vidua	
Valerianus M. Lugdun.	15. Sept.
Valerius Ep. Cæsaraugustanus M.	19. Ian.
Valerius Ep. Cæsaraugustanus C.	28. Ian.
Valerius Archidiaconus Lingonen. M.	
Vdalricus Ep. Augustanus	4. Iul.
Vedastus Ep. Atrebatensis	6. Febr.
Eiusdem Miracula	
Eiusdem Relatio Belluaco Atrebatum	
Venantius Abbas	13. Oct.
Venantius M.	10. Oct.
Veranus Ep. Cauellicensis	11. Nou.
Verena V. ex legione Thebæorum	2. Sept.
Veron C. al. Veronus	30. Mart.
Eiusdem Manifestatio & Translatio	31. Ian.
Verona V.	29. Aug.
Victor & Corona MM.	14. Maij
Victor M. Massiliensis cum aliis	21. Iul.
Victor M. Mediolanensis	8. Maij
Victor Papa	28. Iul.
Victoria V. & M.	23. Dec.
Victorinus Episc. Amiterninus M.	5. Sept.
Victorinus & Seuerinus fratres CC.	8. Iun.
Victurius Ep. Cenomanensis, al. Victorius seu Victor	1. Sept.
Viglius Papa	
Vigor Ep. Baiocensis C.	1. Nou.
Vincentius M. Agennensis	9. Iun.

Vincen-

Vincentius, Orontius, & Victor MM.	22.Ian.
Vincentius Archidiaconus Cæsaraug.M.	22.Ian.
Eiusdem Translatio	
Vincentius Ferrerius, Ord. Prædicat.C.	5.Apr.
Vincentius Comes Hannoniæ C. al. Madalgarius	14.Iul.
Eiusdem Translatio I.	20. Sept.
Eiusdem Translatio II.	29. Oct.
Vindemialis, V.e Florentius	2.Maij
Vindicianus Ep. Cameracen.C.	11.Mart.
Eiusdem Translatio	7.Iul.
Vitalianus Papa C.	27.Ian.
Vitalis M.Rauennæ	28.Apr.
Vitalis M. V.e Agricola	4.Nou.
Vitus & Modestus MM.	15.Iun.
Viuentius Presbyter C. al. Iuuentius	13.Ian.
Viuiana V. al. Bibiana	2.Dec.
Viuianus Ep. Santonẽsis C. al. Bibianus	28.Aug.
Vndecim millia VV.	21.Oct.
Vodoaldus Presbyter C.	23.Oct.
Vrbanus Papa & M.	25.Maij
Vrbanus Ep. Lingonensis	2.Apr.
Vrsanus C.	16.Aug.
Vrsicinus Ep. Tungrensis	1.Oct.
Vrsmarus Ep. & Abbas Lobiensis	19.Apr.
Vulgisus Presbyter C.	4.Febr.

W. V.e & Gu.

Walbodo Ep. Leodiensis	21.Apr.
Walburgis V.	1.Maij
Waldetrudis Electa	9.Apr.
Waldrada V.	5.Maij
Walaricus I. Abbas Wimacensis	1.Apr.

Wal-

Walfridus & Radfridus MM. 22.Iun.
Walgerus C. 16.Nou.
Wallenus Abbas Meuroffenſis Ord. Ciſtert.
3. Aug.
Waltfridus Abbas 14.Febr.
Wandalinus C. 20.Oct.
Wandregiſilus Abbas 22. Iul.
Eiuſdem Tranſlatio Gandauum 3.Sept.
Wenchelaus Dux Bohemiæ M. 28. Sept.
Wenefrida V. & M. 3.Nou.
Werburga V. 3.Febr.
Werenfridus C. 14. Aug.
Wernerus M. 19. Apr.
Wicburga V. & Abbatiſſà Derhainenſis 9. Iul.
Wido Ep. & C.
Wilgefortis V. 20.Iul.
Willehardus Ep.
Willæus Preſbyter 2.Mart.
Willebrordus Ep. Vltraiect. 7.Nou.
Winnocus Abbas Bergenſis 6. Nou.
Winwalocus Abbas C. 3. Mart.
Eiuſdem Tranſlatio Gandauum 1. Aug.
Wiro Ep. Scotiæ & C. 8.Maij
Wiſtanus Rex & M. 1.Iun.
Wiuina Abbatiſſa Bigardienſis 17. Dec.
Wolfhildis V. & Abbatiſſa Berckigenſis 9 Sept.
Wolphelmus Abbas Bruwileienſis 22.Apr.
Wolphangus Ep. Ratiſpon. 31.Oct.
Eiuſdem Tranſlatio
Wotechchus Epiſc. Pragenſis, al. Adelbertus
23. Apr.
Wulframnus Archiep. Senonen. 20. Mart.
Eiuſdem Tranſlatio Gandauum, V.[e] Wandregiſilus 3.Sept.
Wul-

Wulmarus Abbas & C.	20. Iul.
Wulricus Anglus C.	22. Apr.
Wulſtanus Ep. Wigornienſis	19. Ian.

Y.

Ywius Diaconus, diſcipulus S. Cuthberti 6. Oct.

Z.

Zacharias Papa	15. Mart.
Zacharias Propheta	6. Sept.
Zenobius Ep. Florentinus	25. Maij
Zeno Ep. Veronenſis M.	12. Apr.
Zephyrinus Papa & M.	26. Aug.
Zoë M.	5. Iul.
Zoërardus ſeu Andreas C. & Benedictus M. Eremitæ	1. Maij
Zozimus Papa	26. Dec.



ACTA

ACTA PRÆSIDALIA SS. MARTYRVM THARACI, PROBI, ANDRONICI;

publicè excepta
Cognoſcente MAXIMO Præſide in CILICIA,

A. Chriſti CCXC. Caij Pont. VII.
Diocl. & Maxim. Impp. VII.
XI. Octobris.

August. li. 20. c. 21. contra Fauſtum Manich.

Populus Chriſtianus memorias Martyrum religioſâ ſolemnitate concelebrat, & ad excitandam IMITATIONEM, & vt MERITIS eorum conſocietur, atque ORATIONIBVS adiuuetur.

Amice Lector

Vidisti, legisti Sanctorum Fastos? quid nisi siluam non siluam? Ita, sine fructibus frondes, sine frondibus rami, sine ramis trunci. Maluisses, scio, præ omnibus fructum. Maluissem & ego vnà tecum. Sed nouam faciliùs siluam feras, quàm veteres passiinitùs dissitas in vnum locum arbores transferas. Vitæ ipsæ ita variè sparsæ, ita varè scriptæ, vt ijs colligendis, recensendis, & tempore & impendiis non modicis opus. Habe interea hanc arbusculam, non tam fronde quàm fructu decoram. Inseruit eam pridem Ill^mus Cardinalis secundo Annalium: sed codicis vitio mutilam. Specta nunc integram ex Archiuis Belgicis. Lege. Dices in Martyrij agone nihil his Athletis exstare fortius.

Herib. Rosvveydus
S. I.

ACTA SS. MARTYRVM
THARACI, PROBI, ANDRONICI.

Prima Interrogatio.



ONSVLIBVS Diocletiano Augusto quartùm, & Maximiano tertiùm, octauo Kal. Aprilis, sedente Numerio Maximo Præside Demetrius Centurio dixit: Qui oblati sunt Nobilitati tuæ, Domine, in Pompeiopoli ciuitate ab Eutelmio Palladio spiculatore, qui sunt pessimi & impij Christiani, qui non consentiunt præceptis Dominorum nostrorum, præsentamus ante Tribunal Nobilitatis tuæ. Maximus Præses dixit Tharaco: Quî vocaris? te enim oportet interrogare primum, quoniam & ætate senior es. Respondit Tharacus: Christianus sum. Maximus Præses dixit: Tace de hac impiâ professione. dic: Quî vocaris? Tharacus dixit: Christianus sum. Maximus Pręses dixit: Frāgite ei maxillas, dicentes: Aliud pro alio noli respondere. Tharacus dixit: Quod est nomen meum, hoc dico: si autem quod est impositum à parētibus requiris, dicor Tharacus: & cùm militarem, nominatus sum Victor. Præses dixit: ex quo genere es Tharace? Tharacus dixit: Militari & Romano, natus autem Claudiopoli, ciuitate Syriæ: & propterea quòd Christianus sum, renuntiaui militiæ. Præses dixit: Nō enim dignus eras impie militare: tamē quomodo recessisti à militiâ? Tharacus dixit: Deprecatus

Cap. 1.

Tharacus examinatur.

Franguntur maxillæ.

ſum Publionem Principem,& dimiſit me. Præſes dixit: Ergo proſpice ſenectuti tuæ: quoniam & ego volo, vt ſis vnus ex conſentientibus præceptis Dominorum noſtrorum, & à me honorem magnum accipias. Ergo accede, & ſacrifica diis noſtris: quoniam & ipſi Principes ſuper omnem orbem colunt eos. Tharacus dixit: Errant multo errore Satanæ. Præſes dixit: Frangite maxillas, propterea quòd dixit erraſſe Imperatores. Tharacus dixit: Ego dixi, & dico, quoniam errant quaſi homines. Præſes dixit: Sacrifica diis noſtris, & relinque ſtultitiam tuam. Tharacus dixit: Ego Deo meo ſeruio, & ſacrifico non in ſanguine, ſed in corde mundo: non enim ſunt neceſſaria talia ſacrificia. Præſes dixit: Adhuc ætati tuæ ex parte ſenectutis prudenter miſereor. Admoneo, vt omnem vanitatem dimittas, & diis ſacrifices. Tharacus dixit: Ego à lege Domini non recedo. Præſes dixit: Ergo accede & ſacrifica. Tharacus dixit: Impietatem ego non operor; ego dixi quoniam Dei legem honorifico. Præſes dixit: Alia eſt ergo lex præter iſtam? O malum caput! Tharacus dixit: Eſt inquam; quia vos impij lapides & ligna & opera manuum hominum adoratis. Præſes dixit: Sub ceruice cædite eum, dicentes: Noli Chriſtianus eſſe. Cùm cæderetur. Tharacus dixit: Ego de iſta profeſſione non recedo, quæ me ſaluum facit. Præſes dixit: Ego te recedere faciam ab iſta vanitate,& prudentem te faciam. Tharacus dixit: Fac quod vis: poteſtatem habes in corpore meo. Maximus Præſes dixit: Tollite veſtimenta eius,& virgis illum cædite. Tharacus, cùm verberaretur,dixit: Nunc verè prudentem me feciſti plagis, confortans me magis ac magis confiteri nomen

Sub ceruice cæditur.

Item virgis

nomen Dei viui & Christi eius. Præses dixit: Iniuste & maledicte, quo modo duobus diis seruis? Ecce nunc confiteris Deos, & eos negas quos colimus? Tharacus dixit: Ego confiteor eum, qui est manifestus Dominus. Præses dixit: Nonne confiteris Christum & Dominum? Tharacus dixit: Et benè: Ipse est enim Filius Dei, spes omnium Christianorum, propter quem patimur, & sanamur. Maximus Præses dixit: Relinque verbositatē istam. Accede, sacrifica. Tharacus dixit: Non verbosus sum, sed veritatē dico: iam enim sexaginta quinq; annorum sum, & sic credidi, & à veritate non recedo. Demetrius Centurio dixit: O homo, parce tibi, & immola: audi me. Tharacus dixit: Recede à me cum consilio tuo minister Satanæ. Maximus Præses dixit: Iste magnis ferreis vinculis in carcerem recipiatur. Adducite aliū sequentem.

Ferreis vinculis astrictus in carcerem recipitur.

CAP. II.

Demetrius Centurio dixit: Præsto est, Domine. Præses dixit: Quî vocaris, primò responde. Probus dixit: In primo, quod nobile est, Christianus; secundò apud homines vocor Probus. Maximus Præses dixit: Ex quo genere es, Probe? Probus dixit: Patrem habui è Thraciâ, natus autem in Perge Pamphiliæ plebeius: sed Christianus sum. Maximus Præses dixit: Nec lucrum facies de isto nomine. Audi me: Sacrifica diis, vt à Principibus honoreris; & amicus noster eris. Probus dixit: Neque honorem Principum volo, neque amicitiam tuam cupio: non enim parua erat substantia diuitiarum mearum, quam reliqui, vt Deo viuo seruiam. Præses dixit: Despoliate eum, tollite illi pallium, cingite, & extendite eum, & neruis crudis cædite. Cùm verberaretur, Demetrius Centurio dixit: O homo, vide sanguinem tuum in terram

Probus examinatur.

Extensus neruis crudis cæditur.

 effundi,

effundi,& tibi propitiare. Probus dixit: Corpus meum ante vos eſt,mihi autem tormenta vnguentum ſunt. Cùm verberatus eſſet, Præſes dixit: Requieſcis à vanitate tuâ, aut permanes in duritiâ tuâ miſer? Probus dixit:Non ſum vanus, prudentior ſum vobis in Domino: ideò dæmonibus non

Super ventrem verberatur.

ſacrifico. Præſes dixit:Verſate illum,& ſuper ventrem cædite eum. Probus dixit: Auxiliare ſeruo tuo Domine. Maximus Præſes dixit: Cædentes eum, dicite illi: Vbi eſt auxiliator tuus. Probus, cùm verberaretur, dixit: Auxiliator eſt Deus, & auxiliabitur. Sic enim pro nihilo habeo tormenta tua, vt non acquieſcam tibi. Præſes dixit: Attende ad corpus tuum miſer, quoniam ſanguine tuo impleta eſt terra. Probus dixit: Hoc ſcias, quoniam quantò magis patitur corpus propter Chriſtum, tantò magis ſanatur anima, & viuificatur.

Ferro pedes & manus vinciuntur.

Cùm verberatus eſſet, Præſes dixit: Mitte illi ferrum per quatuor loca neruorum, & dimittentes aliquam curam ei apponere.

CAP. III.

Andronicus examinatur.

Addidit Præſes: Adducite alium in medio Tribunali. Demetrius Centurio dixit: Præſto eſt Domine. Præſes Dixit: Quî vocaris? Andronicus dixit: Manifeſtè ſcire vis quia Chriſtianus ſum? Præſes dixit: Tace de hoc ſcelerato nomine,& pro quibus interrogaris reſponde. Illi enim qui priùs oblati ſunt, de nomine iſto nihil vtile conſecuti ſunt. Pone igitur ſuperflua, & pro quibus oportet reſponde. Andronicus dixit: Commune nomen meum apud homines, Andronicus. Maximus Præſes dixit: Quo genere es Andronice? Andronicus dixit: De nobili genere,& primi ordinis Epheſiorum filius. Maximus Præſes dixit: Tibi parce, & audi me ſicut patrem. Nam qui anteà voluerunt

ſtulta loqui, nihil lucrati ſunt: tu autem honorifica Principes & Patres, diis noſtris conſentiens. Andronicus dixit: Benè illos Patres nominaſti, quoniam vos ipſi patrem habetis Satanam: filij illius diaboli facti, opera eius perficitis. Maximus Præſes dixit: Adoleſcentia pueritiæ tuæ adhuc me compeſcit. Scias enim iam tibi magna tormenta parari. Andronicus dixit: Putas me ſtultum eſſe, vt minor anteceſſoribus meis inueniar? paratus ſum tibi ad omnia tormenta. Præſes dixit: Recede ab inutili multiloquio, & ſacrifica, vt poſſis tormenta euadere. Andronicus dixit: Non ſum inſenſatus, vt deſtruam quæ locutus ſum. Maximus Pręſes dixit: Exſpoliate eum, cingite, & ſuſpendite. *In eculeo ſuſpēditur.* Demetrius Centurio dixit: Antequam extermine-tur corpus tuum, miſer audi me. Andronicus dixit: Melius eſt, vt corpus meum pereat, quàm anima. Maximus Præſes dixit: Conſenti, & ſacrifica, antequam extermineris. Andronicus dixit: Ego numquam ſacrificaui dæmonibus, nec ab infantiâ meâ: & nunc non ſacrifico eis, quibus me cogis ſacrificare. Maximus Præſes dixit: Tangite corpus eius. *Torquetur.* Anaxius Cornicularius dixit: Conſenti Præſidi: pater tuus ſum in annis: conſulo tibi. Andronicus dixit: Vade, tibi conſilium da; quoniam ſenior es, & ſenſum non habes: quale enim conſilium, vt lapidibus & dæmonibus ſacrificem. Cùm torqueretur, Præſes dixit: Non ſentis tormenta miſer, vt miſerearis tui, & recedas à vanitate iſtâ, quæ te non poteſt ſaluare? Andronicus dixit: Quam dicis eſſe vanitatem, profeſſio mea valde in omnibus bona eſt, ſpem habens in Domino: ſapientia autem tua temporalis ſempiternâ morte peribit. Præſes dixit: Quis te docuit ſtultitiam

istam? Andronicus dixit: Sermo, qui & viuificat, in quo & viuificamur, habentes in cælis Dominum spem resurrectionis nostræ. Maximus Præses dixit: Recede à stultitia tua, antequam incipiamus te strictiùs tormentis affligere. Andronicus dixit: Corpus meum ante te est positum: habes potestatem, quod vis, fac. Præses dixit: Torquete os eius fortiter. Andronicus dixit: Aspiciat Dominus, quoniam sine caussa me sicut homicidam pœnis subiecisti. Præses dixit: Contemnis præcepta Principum? & Tribunal meum nihil tibi videtur esse? Andronicus dixit: In Dei misericordia & veritate confido, inde hoc patior. Maximus Præses dixit: Misericors esses, si deos honorares, quos Principes adorant. Andronicus dixit: Impietas est Deum verum derelinquere, & lapides adorare. Præses dixit: Ergo deliquere Principes ô damnate Biothanate? Andronicus dixit: Deliquere sicut intelligo: nam si vis, recto sensu intelliges, quoniam delictum est, Dæmoniis sacrificare. Dum torqueretur, Maximns Præses dixit: Conuertite eum, & latera eius pungite. Andronicus dixit: Ante te sum: quomodo vis, corpus meum subiice pœnis. Præses dixit: Tollite testam, & plagas refricate Hoc cùm factum esset, Andronicus dixit: Confortasti nunc corpus meum in plagis. Maximus Præses dixit: Minutatim te exterminabo. Andronicus dixit: Non timeo comminationes tuas: sensus meus melior cogitationibus malitiæ tuæ; propterea contemno omnia præcepta & tormenta tua. Præses dixit: Ligate ei collum & pedes ferro, & sub custodia habeatur. Huc vsque prima interrogatio completa est.

Os fortiter torquetur.

In lateribus pungitur.

Testâ plagæ refricantur.

Ferro ligatur.

Secun-

Secunda Interrogatio.

SEcunda interrogatio facta est in Tarso Ciliciæ ciuitate, sedente Numerio Maximo Præside, &c. Maximus Præses dixit: Voca impiissimos Christianos, legi malæ seruientes. Demetrius Centurio dixit: Præsto sum Domine. Et cùm perductus esset Tharacus, Præses dixit: Meministi, quòd senectus honoratur in multis, propterea quod est ipsius cogitatio & sensus? proinde cogitasti apud te, ne iterùm in prioribus illis cogitationibus & hodie velis permanere? Sed magis accede, & sacrifica diis pro salute Principum, vt honorem consequaris. Tharacus dixit: Honorem istum si intelligerent & ipsi Principes, & alij qui communicant sensibus vestris; ab omni cæcitate cogitationum vanitatis suæ se separarent, & in meliorem & fortiorem fidem à Deo verissimo viuificarentur. Præses dixit: Lapidibus os eius frangite, & dicite: Recede à stultitia tua. Tharacus dixit: Si non essem astutus, similis tibi essem insensatus. Præses dixit: Ecce dentes tuos vides comminutos; miserere iam tibi miser. Tharacus dixit: Non tibi persuadeas in nihilo. Nam si omnia membra mea collidas, insto fortis in eo, qui me fortem facit. Præses dixit: Crede, quia melius est tibi vt sacrifices. Tharacus dixit: Si scirem, quia melius esset hoc, non expectarem à te. Maximus Præses dixit: Extendite eum, & neruis crudis cædite. Tharacus nihil respondit. Et cùm non amplius Tharacus loqueretur, Præses dixit: Cædite eum in os, clamantes ei, Responde. Tharacus dixit: Maxillæ

CAP. IV.

Tharacus examinatur.

Os lapidibus frangitur.

Extensus neruis crudis cæditur.

Item in os.

meæ fractæ sunt; quo modo respondeam? Maximus Præses dixit: In omnibus his non consentis insensate? Accede, adora, immola diis. Tharacus dixit: Si vocem clamoris mei subtraxisti, verùm sensui animæ meæ non nocebis, sed magis intra vnam horam me ædificasti. Præses dixit: Ego duritiam tuam expellam, maledicte. Tharacus dixit: Omnibus cogitationibus tuis adsum, sed vinco in eo, qui me fortem fecit, id est nomen Dei.

Ignemanus vstulatur. Præses dixit: Afferte ignem, & expandite manus eius, & ponite in eis. Tharacus dixit: Ignem tuum temporalem non timebo: timeo autem, si fortè consentiam tibi, ne ignis æternus dominetur mei. Et cùm positus esset ignis super manus eius, Præses dixit: Ecce nunc manus tuæ exterminatæ sunt ab igne; requiesce à vanitate tuâ, insensate, & immola diis. Tharacus dixit: Sic mecum loqueris, quasi iam voluntati tuæ consenserim, aut cesserim crudelitati tuæ: per voluntatem Domini fortissimus sum in omnibus, quæ aduersum me parantur.

Capite deorsum suspensus fumo torquetur. Præses dixit: Ligate eum pedibus, & in altum suspendite, & fumum acrem supponite subtus faciem eius. Tharacus dixit: Ignem tuum contemno, fumum tuum timere non habeo. Maximus Præses, cùm suspensus ille esset, dixit ad eum: Sic pendes, vsque dum consentias, & sacrifices. Tharacus dixit: Sacrifica Præses, sicut & consuetudinem habes sacrificare hominibus: mihi autem non licet hoc facere.

Nares aceto & sale perfunduntur. Maximus Præses dixit: Afferte acetum cum sale, & in naribus eius perfundite. Tharacus dixit: Mihi dulce factum est acetum tuum, & sal infatuatum. Maximus Præses dixit: Miscete sinapi cum aceto, & perfundite nares eius.

Item aceto cum sinapi. Tharacus dixit: Te fallunt ministri, Præses, & mel

mihi

mihi infuderunt. Præſes dixit: Proximâ ſeſſione alia tormenta cogitabo, teque reuocabo à ſtultitiâ tuâ. Tharacus dixit: Paratum me ad omnia inuenies. Maximus Præſes dixit: Deponite eum, & ferreis vinculis tradatur in cuſtodiam. Sequentem autem adferte.

Ferreis vinculis conſtrictus recipitur in cuſtodiam.

CAP. V.

Probus examinatur.

Demetrius Centurio dixit: Præſto eſt Domine. Præſes dixit: Dic mihi, Probe, cogitaſti parcere tibi à pœnis, aut adhuc ab inſaniâ non recedis? Sed nunc accede, & immola diis, quoniam & ipſi Principes pro ſalute hominum ſacrificant. Probus dixit: Ego non ita, ſed pro confeſſione Dei mei audax tibi aſſiſto. Nam & de præteritis interrogationibus & plagis fortis ſum, &, ſi placet, proba nos ampliùs. Quoniam neque tu, neque Principes facietis, vt ſacrificem diis, quos neſcio. Habeo autem Deum & Dominum meum in cælis, cui ſoli ſacrifico. Maximus Præſes dixit: Num iſti non ſunt dij, maledicte? Probus dixit: lapides & ligna opera manuum hominum, quæ adoratis, quomodo poſſunt eſſe dij? Erras multâ ignorantiâ talibus diis ſacrificans. Præſes dixit: Ergo nos erramus, ô malum caput! Deos adorantes & colentes? Probus dixit: Dij, qui cælum & terram non fecerunt, pereant. Maximus Præſes dixit: Depone hanc audaciam miſer, & ſacrifica, vt ſaluus ſis. Probus dixit: Ego diis multis non immolo, ſed ei ſoli, quem verum Deum eſſe non ignoro. Præſes dixit: Ergo ſacrifica Ioui deo magno tantùm, & non multis, ſicut dixiſti. Probus ait: Deus, quem adoro & timeo, in cælis eſt. Præſes dixit: Iterùm dico tibi, Immola Ioui deo inuictiſſimo. Probus dixit: Illum dicis deum, qui cum ſorore ſua fornicatus eſt, & alia multa egit, quæ proferre erubeſco?

Maxi-

Os ei frangitur. Maximus Præses dixit: Frangite os eius, vt deos non blasphemet. Probus dixit: Quid me cædis? hoc affirmant omnes cultores eius; non mentior; dico veritatem, sicut tuipse meliùs nosti. Præses dixit: Iterùm ad stultitiam tuam priorem reuerteris? & ait ministris, Ignite ferrum, & mittite ei. *Ferro ignito cruciatur* Probus dixit: Ignis tuus tepidus est, & non me tangit. Præses dixit: Ignite ferrum fortiùs, & stante illo mittite ei. Probus dixit: Nunc verò tepidior est ignis tuus, teque irrident ministri tui. Maximus Præses dixit: Ligate eum, & tendite, & neruis *Extensus neruis crudis cæditur.* crudis aperite dorsum eius. Probus dixit: Ignem tuum non expaui, & tormenta tua contemno. Si crudeliora habes, adhibe, vt Deum cognoscas, qui est in me. Præses dixit: Radite ei caput, & *Raso capiti prunæ ardentes imponuntur.* prunas ardentes imponite. Probus dixit: Vstulasti caput, & pedes meos, sed probasti seruum Dei me esse; tolerans fortiter iram tuam. Præses dixit: Si deorum seruus esses, sacrificares eis, & adorares eos, nec ista tolerares. Probus dixit: Ego vnius Dei seruus sum, & non deorum, qui perdunt eos qui sibi consentiunt. Maximus Præses dixit: Nonne omnes, qui consentiunt eis, præsto sunt ante Tribunal meum, à diis honorati & Principibus? Tu autem, maledicte, despiceris ab hominibus, & inobedientiam profiteris. Probus dixit: Crede mihi, omnes perierunt, nisi conuersi pœnitentiam egerint. Nam scientes seruierunt Idolis, & Deum viuum dereliquerunt. Maximus Præses dixit: Frangite ei faciem, vt non dicat Deum, *Iterùm os ei frangitur.* sed deos. Probus dixit: Quia veritatem locutus sum, iussisti frangi os meum? Præses dixit: Non solùm os tuum, sed & linguam blasphemam incidam, vt recedas à stultitia sermonum tuorum, & diis

& diis sacrifices. Probus dixit: Et si organum linguæ meæ incidi pręcipias, tamen habeo interiorem & immortalem linguam, per quam responsa possum reddere. Præses dixit: Recipiatur etiam iste in carcerem, & sequentem offerte.

Demetrius Centurio dixit: Præsto est, Domine. Maximus Præses dixit: Andronice, qui antè interrogati sunt, multa tormenta passi sunt, & nihil lucri fecerūt miseri, sed post tanta ac talia, quę passi sunt, vix potuimus eos conuertere, vt deos adorarent: vnde & tu consule tibi, lucrare tormenta, diis sacrifica, & voluntati nostræ obedias, vt quomodo illi, sic & tu honorem magnum consequaris à Principibus. Quod si nolueris, tibi per deos & Principes inuictissimos iuro, quia manus meas non euades. Andronicus dixit: Miser, quid me fallis? vt quid falsum loqueris? Talibus verbis non infringes libertatem nostram, neque in miserabilem seruitutem commutabis, putans sensus & ceruices meas inclinare ad vana simulacra adoranda. Non ergo tuæ stultitiæ me existimes cōsensurum. En fide armatus & virtute Domini mei IESV CHRISTI sto coram excellentiâ vestrâ, neque agnoscens Principes, neque Tribunalia tua metuens; quæ cogitasti, exerce. Maximus Præses dixit: Extendite eum palis, & neruis crudis cædite. Andronicus dixit: Hæccine sunt minæ tuæ? Nihil magnum indignatione tuâ intulisti. Athanasius Cornicularius dixit: Totum corpus tuum vexatum est, & pro nihilo habes tormenta miser? Andronicus dixit: Qui Deum verum diligunt, talia contemnunt. Maximus Præses dixit: Sale fricate plagas eius. Andronicus dixit: Plus iube mitti, vt sale conditus possim stare contra malitiam tuam. Præ-

CAP. VI. Andronicus examinatur.

Extensus neruis crudis caditur.

Sale fricātur plagæ.

ses

ſes dixit: Conuertite eum, & ventrem eius cædite, vt priores plagæ ad medullam perueniant. Andronicus dixit: In primâ interrogatione vexaſti corpus meum, & ſanus ante Tribunal tuum oblatus ſum. Itaque quoniam etiam modo mihi adeſt, qui curat, & ſaluat me, deſpicio tormenta tua. Maximus Præſes dixit: Nonne præcepi vobis, ô mali milites, vt nemo ad eum accederet, neque curaret eum, ſed ſic eſſet, vt vulnera eius putreſcerent? Pagaſius Commentarienſis dixit: Per magnitudinem tuam nemo eum curauit, neque intrauit ad eum aliquis: in interiori cuſtodiâ ſeruabatur in vinculis; & ſi inueneris in me mendacium, caput tolle; poteſtatem habes. Maximus Præſes dixit: Quomodo ergo plagæ eius non comparent? Pagaſius Commentarienſis dixit: Per nobilitatem tuam neſcio quomodo curatus ſit. Andronicus dixit: Medicus noſter grandis eſt & pius, non medicamentum ponit aut emplaſtrum, ſed ſolo ſermone curat omnes, qui credunt in eum, habitat enim in cælo, præſens vbique: quod tu non cognoſcis ô inſenſate. Maximus Præſes dixit: Hi ſermones ſtultitiæ tuæ nihil tibi proderunt; ſed accede, ſacrifica diis; ne mala, ſceleſte, perdant te. Andronicus dixit: Et primò & ſecundò quæ audiſtis, vnum ſunt: non enim puer ſum, vt ſeducar ſermonibus, & conculcer. Præſes dixit: Non me vinces, aut cõtemnes Tribunal meum. Andronicus dixit: Non vos vincimus, ſed eſt qui nos confortat Dominus noſter Ieſus Chriſtus: nam ex parte ſentis & recognoſcis, quoniam non timemus te, neque tormenta tua. Præſes dixit: Præſententur mihi alia genera tormentorum proximâ ſeſſione. Hic autem vinculis ferreis recipiatur in cuſtodiâ, & à nemine videa-

Vinculis ferreis ligatus recipitur in cuſtodiam.

videatur vsque in mane. Secunda interrogatio explicit.

Tertia Interrogatio.

INcipit tertia interrogatio facta in Azorbo ciuitate. Præses dixit: Voca iniquissimos Christianos. Demetrius Centurio dixit: Præsto sum, Domine. Adducto Tharaco, Præses dixit: Adhuc plagarum, & pœnarum & custodiarum vincula contemnis? Audi me Tharace, & recede à confessione istâ, vnde lucrum non habes: sed sacrifica diis, quoniam per ipsos omnia stant. Tharacus dixit: Numquam benè sit illis, vt per illos mundus gubernetur, quibus paratus est ignis, & tormenta æterna; non solùm illis, sed & omnibus, qui faciunt voluntatem ipsorum. Præses dixit: Non quiescis iniquissime blasphemans? Aut putas tu, quia per impudentiam sermonum tuorum caput tibi abscindam, & recedas? Tharacus dixit: Sic ego tali compendio moriens non magnum agonem haberem: nunc autem fac, vt mihi in Domino crescat agonizatio fidei meæ. Præses dixit: Talia patiuntur & pares tui, qui sunt in vinculis, ac legibus morientur. Tharacus dixit: Hoc quod dicis, stultitia mentis tuæ est: quoniam qui operantur mala, meritò moriuntur: nos autem, qui malum nescimus, sed pro Domino patimur, mercedem speramus accipere cælestem à Domino. Præses dixit: Maledicte & inique, quam mercedem expectatis, malè & sceleste consummantes? Tharacus dixit: Non tibi licet hoc interrogare, neque scire, quam præparauit nobis Dominus positam

CAP. VII.

Tharacus examinatur.

tam mercedem in cælis: propterea ſuſtinemus iram ſenſus tui. Præſes dixit: Sic me alloqueris maledicte, quaſi conſors meus ſis? Tharacus dixit: Ego conſors tuus non ſum; ſed habeo poteſtatem loquendi, & nemo poteſt me compeſcere, propter eum qui me confortat, hoc eſt Dominus. Præſes dixit: Ego poteſtatem iſtam, quam habes, eradicabo à te, nequiſſime. Tharacus dixit: Nemo poteſt auferre à me poteſtatem iſtam, neque tu, neque Principes tui, neque pater veſter Satanas. Præſes dixit: Verùm quid loquor tecũ in allectatione? accede, ſacrifica; ne ſæuiora tormenta experiaris. Tharacus dixit: Allectatio tua tecum ſit. Dominus nouit, cui ſeruio, quoniam vultus tuus mihi horret, vt loquar tecum, nam ſecũdò Chriſtianum me eſſe confeſſus ſum, & modò idem confiteor; nec ſacrifico, quia Chriſtianus ſum. Maximus Præſes dixit: Quid tibi proderit obſtinatio, ſi tormentis afflixero? certè ſerò pœnitebit te, ſi nõ ſacrificaueris. Tharacus dixit: Si pœniteret, in primis & ſecũdis interrogationibus aſſenſiſſem tibi; ſed abſit: quoniam fortis ſum in Domino, teque nunc deſpicio cum tormẽtis tuis. Fac quod vis, poteſtatem habes impudens. Maximus Præſes dixit: Verè dixiſti quia impudens ſum, quoniam adhuc te ſuſtineo. Tharacus dixit: Hactenus dixi, & eadem replico, poteſtatem habes corporis mei. Fac quod vis. Præſes dixit: Ligate eum, & ſuſpendite; quoniam ſtultus eſt. Tharacus dixit: Stultus ſi eſſem ſimilis tui, & voluntati tuæ acquieſcerem. Præſes dixit: Quoniam ſuſpenſus es, ſacrifica, antequam ſecundùm meritum tuum pœnas tibi adhiberi faciam. Tharacus dixit: Licet tibi; at non licet tibi vniuerſas pœnas mihi adhibere, quoniam

In eculeo ſuſpẽditur

niam militaris fui. Sed ne existimes, quoniam acquiescam iniquitati tuæ; omnes excogitationes pœnarum in me cōple. Præses dixit: Milites semper pro salute Principum diis sacrificant, vt promereantur dignitatem suam: tu autem cùm sis pessimus, & quòd fugisti militiam, propterea parantur tibi maiora tormenta. Tharacus dixit: Quid tam frequenter commoueris Præses? Tibi dico, fac quod vis, impie. Præses dixit: Noli putare te semel damnari, sed particulatim te exterminabo, & reliquias tuas bestiis dabo. Tharacus dixit: Fac quod facturus es citiùs; noli sermonibus promittere. Præses dixit: Putas quia mulierculæ aliquæ post mortem corpus tuum habent aromatibus vel vnguentis condire, iniquissime? ego recogito, vt reliquias tuas perdam. Tharacus dixit: Et nunc, quæ vis corpori meo adhibe, & post mortem fac quod vis. Præses dixit: Sacrifica priùs. Tharacus dixit: Stulte, quòd neque diis tuis, neque ignominiis vestris sacrificem, sæpiùs dixi. Maximus dixit: Frangite eius faciem, & concidite labia. Cùm factum esset; Tharacus dixit: Faciem meam exterminasti, sed animam meam viuificasti. Præses dixit: Quoniam exasperas me, miser, senties me crudelem. Tharacus dixit: Non me terrebis sermonibus tuis, paratus sum ferre tormenta vniuersa Dei armatus misericordiâ. Maximus Præses dixit: Vbi sunt arma tua, maledicte, de quibus gloriaris? Ecce totus nudus es, & vulneratus, & ideò armatus? Tharacus dixit: Cæcus es, & ideò arma nostra non vides. Maximus dixit: Multa est vanitas tua, miser, & verbis tuis pessime nos prouocas. Tharacus dixit: Quid malè locutus sum ego, quòd non possis, quæ sunt

Ecce quātā olim cura Reliquiarum SS.

Facies frāgitur, labia conciduntur.

in me videre, corde inanis, & impius, & deuorator seruorum Dei? Maximus Præses dixit: Hactenus nec rectè vixisti, & modò vt fallax ante Tribunal nostrum astare non metuis. Tharacus dixit: Nec sum, sed neque fui fallax aliquando, vt sunt omnes, qui deos adorant. Ego verò non adoro dæmonia, sed Deum viuum, à quo est patientia mea. Sed quid in his moror, aut quæ mihi vtilitas, si loquor tecum. Maximus Præses dixit: Miser abesto à vanis cogitationibus tuis: sacrifica, vt de angustiis istis possis euadere. Tharacus dixit: Putas me stultum & insensatum, & quòd in Domino confidens non viuam in sæcula. Tu ad horam temporalem curam corporis tui facis; sed animam tuam perdis in sæcula sæculorum. Præses dixit: Obeliscos incendite, & ad eius axillas ponite. Ea patiens, Tharacus dixit: Et maiora quàm ista si feceris, non conuertes seruum Dei, vt adoret ignominiam & dæmonia: Præses dixit: Adferte nouaculam, & abscindite aures eius, caput eius radite, & prunas superponite. Tharacus dixit: Aures meas abscidisti; sed aures cordis mei fortes sunt & firmæ. Maximus dixit: De nouaculâ excoriate caput eius, & prunas superimponite. Tharacus dixit: Et si totum corpus meum excoriari iubeas, non tacebo à Deo meo, qui me fortem facit, vt sustineam arma malitiæ tuæ. His omnibus factis, Præses dixit: Tollite obeliscos, & incendite nimis, & sub alis eius ponite. Tharacus patiens dixit: Respiciat Dominus de cælo, & iudicet. Præses dixit: Quem Dominum vocas, maledicte? Tharacus dixit: Quem tu nescis, qui reddit vnicuique secundum opera sua. Præses dixit: Non sic te perdam, *vt reliquias tuas mulierculæ in lintea-

Ignitis obeliscis axillæ vruntur.

Capiti decutito prunæ imponuntur.

**En rursus Maiorum curam erga Reliquias SS.*

mine

mine inuoluant, & vnguentis & odoribus adornent. Sed, scelefte, iubebo te comburi, & cineres tuos in ventum dispergam. Tharacus dixit: Et antea dixi, & nunc dico, fac quod vis: habes potestatem in hoc sæculo. Præses dixit: Recipiatur in custodiam, & seruetur proximo Muneri ad bestias. Alium afferte ante Tribunal.

Demetrius Centurio dixit: Præsto est, Domine, Probus. Præses dixit: Consule tibi, ne præteritas plagas incurras, Probe: nam ante te, qui voluere permanere in duritiâ suâ, postea pœnituit eos. Et tu nunc sacrifica, vt à nobis honoreris, & à diis: accede, inquam, & sacrifica. Probus dixit: Sensus noster vnus est; vnicordes Deo seruimus: noli putare à nobis aliud audire: nam audisti, & vidisti, quia non vales conuertere nos; neque irâ tuâ virtutem extinguere. audax præsto sum tibi hodie, contemnens comminationes tuas: ergo quid expectas? Præses dixit: Consuluistis inuicem in malum vobismetipsis deos negare. Probus dixit: Modò verum dixisti. Conciliati enim sumus, vt veram salutem prosequamur, & tamquã fortissimi Athletæ Christi coram te assistamus. Maximus Præses dixit: In deos pius esto, & tibi consule, vt euadas tormenta. Probus dixit: Obscuratum est insipiens cor tuum, & ideò nequaquam sapis, quæ recta sunt; sed crede mihi, neque tu, neque dæmones, neque Imperatores separabitis nos à dilectione Christi. Maximus Præses dixit: Cingite eum, & pedes sursum suspendite. Probus dixit: Non quiescis pro dæmoniis agonizare. Maximus Præses dixit: Crede mihi, antequam patiaris, consule corpori tuo: vides enim, quæ tibi parentur mala. Probus dixit: Omnia quæ mihi facta fuerint, in

CAP. VIII *Probus examinatur.*

Capite deorsum suspẽditur.

consolationem animæ erunt; ideò fac quod vis. Præses dixit: Ignite obeliscos, & in lateribus ponite, vt stultus non sit. Probus dixit: Quò magis tibi stultus videor, eò sapientior ero in lege Domini. Post hæc addidit Præses. Ignitos obeliscos in dorsum eius infigite. Cùm pateretur Probus, dixit: Subiectum est tibi corpus meum, videat Dominus de cælo humilitatem & sustinentiam meam. Maximus Præses dixit: Ille Deus, quem inuocas miser, te tradidit voluntati nostræ, vt ista patiaris. Probus dixit: Nulli malum vult Deus noster, nec iniustè affligit animam. Itaque cùm cuique liberum dederit arbitrium, operamur bonum, vt ab auditione malâ non timeamus. Post hæc præcepit Præses afferri carnes immolatas, & vinum sacrificij, & ait: Infundite illi vinum, & carnes de arâ mittite in os eius. Cùm hæc agerent, dixit Probus, Videat Dominus, & aspiciat de altissimis sedibus suis vim, & iudicet iudicium meum. Præses dixit: Multa sustinuisti miser, & ecce iam sacrificium accepisti. Quid igitur facturus es? Probus dixit: Nihil magnum fecisti, vim faciens: Dominus scit voluntatem meam. Præses dixit: Et manducasti, & bibisti. Probus dixit: Nouit Dominus, & vidit vim, quam patior. Præses dixit: Profitere te voluntariè fecisse, & dimitto te. Probus dixit: Numquam tibi bene sit, miser, quoniam satagis me separare à Deo. Attamen intellige, quia etsi de libaminibus pollutis fuderis in os meum, nihil tamen inde sum inquinatus, quoniam Deus intuetur cor. Maximus Præses dixit: Si non sacrificas, tamen secundò de oblato gustabis mero, ne glorieris. Probus dixit: Scit Dominus, & vidit vim, quam patior. Præses dixit: Ignitos obeliscos suris

Ignitis obeliscis laterа vruntur.

Iidem dorso infiguntur.

Idolothyta in os ingeruntur.

Igniti obelisci suris infiguntur.

ſuris imponite. Probus dixit: Neque ignis, neque tormenta, neque pater tuus Satanas poteſt auertere ſeruum Dei à confeſſione ſuâ. Præſes dixit: Ecce ſanitas nulla eſt in carne tuâ, quid facturus es miſer, ſi acrioribus ſubdaris tormentis? Probus dixit: Propterea corpus meum tradidi tibi, vt anima mea integra & ſalua perſeueret. Maximus Præſes dixit: Clauos acutos vſtulate, & in manibus eius ponite. Probus dixit: Gratias tibi ago Domine, quoniam & manus meas dignatus es cruciari pro nomine tuo. Præſes dixit: Multa tormenta vanum te fecerunt. Probus dixit: Multa poteſtas te non ſolùm fatuum, ſed & cæcum fecit; quod enim facis, neſcis. Præſes dixit: Inſenſatum & cæcum me dicis, quia deorum noſtrorum maieſtatem defendo. Probus dixit: Vtinam oculis carueris; cæcus eſſes; & non cordis. Nunc verò clarè videns obſcuraris. Maximus Præſes dixit: Debilis toto corpore audes me prouocare, quòd oculos tuos ſanos reliquerim? Probus dixit: Et ſi tuleris oculos meos, ſed cordis oculos cæcare non poteris. Maximus Præſes dixit: Sit ita, vt gloriaris: tamen tibi tollam oculos, vt te caſtigem errantem. Probus dixit: Non me terrebis ſermonibus, neque contriſtabis, ſi feceris, quæ minaris. Maximus Præſes dixit: Pungite oculos eius, vt non videns minutatim è lumine iſto diſcedat. Cùm hoc factum eſſet, Probus dixit: Ecce & oculos corporis mei abſtuliſti; ſed numquam tibi dabitur, vt oculos fidei viuos poſſis tollere. Præſes dixit: Totus in tenebris es miſer, & iſta loqueris? Probus dixit: Si tenebras animæ tuæ cognoſceres, magnificares me. Maximus Præſes dixit: Iam penè præmortua eſt caro tua peſſime, & à multiloquio

Claui igniti manibus inſerti.

Oculi expungũtur.

non cessas? Probus dixit: Vsquequo spirabit hæc anima, te errantem increpare non cessabo. Præses dixit: Post ista tormenta viue e te speras? aut putas, quòd finaris lætus mori? Probus dixit: In hoc pugnans agonizo, vt confessionem bonam & integram perficiam, vt à te occidar sine misericordiâ. Pręses dixit; Paulatim te plagis interficiã, vt dignus es. Probus dixit: Habes potestatem acceptam à Tyrãno, fac quod vis. Præses dixit: Tollite, & ligate, & seruate eũ in custodiâ, & nemo de Sodalibus eius accedat, & magnificet eos ex eo, quòd impij permanserunt. Proximo Muneri tradetur ad bestias.

CAP. IX. Post hæc Præses dixit: Offeratur mihi Andronicus. Demetrius Centurio dixit: Præsto est, Domine. Præses dixit: Vel nunc ætati tuæ consule, si prudenti sensu cogitasti, vt pius sis in deos, & non priori tenearis ignorãtiâ. assentire, sacrifica magno deo Ioui, vt soluaris, & ita noster amicus eris, dignitatesque & præmia consequeris. Andronicus dixit: Numquam id tibi detur Tyranne, vt extra legem Dei faciam; non solues confessionem meam, quam habeo in Domino: obsistam duritiæ tuæ. Præses dixit: Qui te præcesserunt, dum talia multa loqui voluerunt, temeritatis suæ pœnas senserunt, atque ita pios esse deos didicerunt, eisque & Principibus sacrificantes saluati sunt. Andronicus dixit: Non sunt diuersa opera tua à patre vniuersæ malitiæ, qui de innocentibus mendacia vos coarctat struere. A diabolo enim persuasus, qui in veritate non stetit, multa malitiosè excogitas aduersum nos. Præses dixit: Videris furere, & dæmonem habere. Andronicus dixit: Si dæmonium haberem, consentirem tibi; nunc autem, quia Dominum confiteor, dæmoni non acquiesco: tu

Andronicus examinatur.

autem

autem dæmon & cæcus, quæ dæmonis sunt, operaris. Præses dixit: Si te gesseris, vt impius, deponam omnem superbiam & virtutem tuam. Andronicus dixit: Non timeo te, neque iram tuam, assistens tibi in nomine Domini mei Iesu Christi. Præses dixit: Ex papyro manipulos facite, & apponite ignem ventri eius. Quod cùm fieret, Andronicus dixit: Et si totus arsero, tamen, quamdiu in me est spiritus, non me vinces, peruerse. Præsto est, qui me confortat Dominus, cui seruio. Præses dixit: Quousque non acquiescis, insensate? peto vt vel in lecto moriaris. Andronicus dixit: Quousque vixero, vincam malitiam tuam: & ista est gloria mea in Domino. Præses dixit: Incendite obeliscos, & ponite inter digitos eius. Andronicus dixit: Insensate Dei contemptor, omni cogitatione Satanæ plenus es totus: & quia vides corpus meum consumptum à pœnis tuis, putas quòd iam timeam artes tuas? Habeo Christum Dei Filium in me, & contemno te. Præses dixit: Inique, non scis, quem inuocas, Christum hominem quidem fuisse factum, & sub custodiâ Pontij Pilati punitum, cuius extant Acta passionis? Andronicus dixit: Obmutesce; non enim licet tibi de hoc iniquè loqui. Si enim dignus esses agnoscere eius veritatem, & maiestatem reuereri, tanta tormenta seruis eius non irrogares. attamen scito, quia Christianis inferendo mala, perdis animam tuam. Præses dixit: Quod lucrum facis, immanissime, fidei & spei huius hominis, quem dicis Christum? Andronicus dixit: Lucrum magnum habeo, & mercedem spero recipere à Deo; propterea hæc omnia sustineo. Præses dixit: Noli tormenta despicere, ne bestiis te tradam. Andronicus dixit: Tu

Papyracei manipuli supra ventrem vruntur.

Igniti obelisci digitis interseruntur.

bestiis ferocior, qui nihil delinquentes pœnis affi-cis, sicut homicidas. sed ego pro Christo cūcta fer-re paratus sum, despiciens tormenta tua. Infer ergo quæ potes, vt probes virtutem, quam habemus in Christo Iesu Domino nostro. Præses dixit: Aperite os eius, & mittite carnes de arâ, & vinum infun-dite. Dum hæc agerentur, Andronicus dixit: Domine, Domine, vide vim, quam patior. Præses dixit: Vt quid ingemiscis? hactenus quidem deos blasphemasti, sed modò eis immolata gustasti. Andronicus dixit: Vim mihi fecisti, Tyranne. sed nemo inuitus coinquinatur. Deus, qui scrutatur corda, ipse nouit, quia iniuriam à te passus sum, neque iniquitatem hanc aspexi in corde meo, vt ei consentiam. Confido autem in Domino, quoniam iuxta potentiam suam me liberabit. Maximus Præses dixit: Vsquequò pessime hominum loque-ris, quæ tibi non proderunt? Andronicus dixit: Et si dolens dura sustineo, tamen de adiutorio Dei mei fortis sum. Præses dixit: Vt quid te seducit stultitia tua? Ecce iubeo linguam tuam exscindi, vt vel sic cesses loqui, quod non prodest. Abuteris enim clementiâ nostrâ, & inde nos contemnis, vnde gratus existere debueras. Andronicus dixit: Gloriaris aduersum me, quòd de sacrificio gusta-uerim, deinde de superfluo eloquio arguens præ-cidere linguam minaris. Sed facito, vt purificetur os meum. Maximus Præses dixit: Miser vsque-quò non deponis vanitatem cordis tui? Ecce gu-stasti de sacrificio. Andronicus dixit: Sed non de consensu mentis. Absit enim, vt in hoc acquie-scam tibi. Pereant idola, & omnes qui colunt idola, tu, & Principes tui. Præses dixit: Maledices Principes, ô malum caput! qui diuturnam & al-

Idolothyta ori immissa.

tam

tam pacem præstitere? Andronicus dixit: Ego execratus sum pestem, & sanguibibulos, qui euertunt mundum, quos Christus Dominus brachio suo potenti confundat & perdat. Præses dixit: Mittite ferrum in os eius, & excutite eius dentes & molas, & blasphemam linguam abscindite, vt discat non blasphemare Principes. Quod cùm factum fuisset, Præses ait: Dentes eius tollite, & linguam comburite; cinerem facite, & vbique spargite: ne de consortibus huius impij, aut ex mulierculis aliqua colligat, & seruet veluti pretiosum aliquod aut sanctum: ipsum autem tollite, & custodite in custodiâ, vt cum suis consortibus proximo Muneri offeratur bestiis. Tertia interrogatio absoluta est.

Dentes excutiuntur, lingua exscinditur.

En dentes & linguam SS. Reliquiarum loco.

Huc vsque Gesta Præsidalia.

Quæ sequuntur descripserunt Presbyteri & Clerici Ecclesiæ, qui præsentes aderant, quando hæc facta sunt, videlicet, Macarius, Felix, & Verus.

NVmerius Maximus Proconsul Ciliciȩ aduocans Terentianũ Sacerdotalem Ciliciæ iussit ei sequẽti die Munera edenda curare. Mane autem diei sequentis, viri ac mulieres exierũt in Amphitheatrum, quod mille passus longè aberat à ciuitate. Cumque repletum esset Theatrum, aduenit Maximus Præses videre, & perficere spectaculum. Et in primâ Muneris editione cùm multæ ferè immissæ essent, multorum gladiatorum corpora, qui multis horis cum bestiis depugnauerant, deuorata sunt. Nos cùm essemus in abdito, exspe- CAP. X.

Tharacus, Probus, & Andronicus in Amphitheatrū deferūtur.

ſtantes eramus cum omni metu. Cùm ſubitò Maximus militibus mandat introduci Chriſtianos Martyres, Tharacum, Probū, & Andronicum. Milites autem angariauerunt homines, qui in humeris portarent Martyres. non enim poterant ambulare laceratione pœnarū. quos vidimus in theatrum ferri. Hæc nos videntes, conuertentes capita lacrymati ſumus. Proiecti ſunt in medium Amphitheatri, factuſque eſt timor omnium, & murmur in Maximum Proconſulem, quòd ſic iudicaſſet. Et multi ex illis ſpectaculum dimiſere, obloquentes in Maximum, eiuſque feralem ſæuitiam. Quod videns Maximus, iuſſit adſtantibus ibi militibus eos, qui diſceſſiſſent, notare, vt poſtmodum illos audiret. Iuſſit interea feras dimitti in corpora Martyrum. quæ cùm illos non tetigiſſent, iuſſit Munerariòs cædi: & minans mandat, vt, quam ferociſſimam haberent beſtiam in caueâ, mitterent. Dimiſſus eſt vrſus, qui tres homines eâ die occidiſſet. Et cùm ad Andronicum acceſſiſſet, ſedens quieuit, lingens eius vulnera. Andronicus illum vellicans irritabat, vt cibus illius fieret; ſed ille pepercit, manſuetus in omnibus redditus. Iratus Præſes mandat lanceariis vrſum occidi. Curat Terentianus, timens iram Præſidis, dimitti in Martyres leænam, quæ miſſa fuerat Antiochiâ ab Herode. Miſſa in Amphitheatrū leæna incuſſit timorem aſtantibus, eò quòd hinc inde diſcurrens fugam captaret: ſed perueniens tandem ad corpora Martyrum, accubat genuflexa ante Tharacum, iubarum demiſſione eum venerata. Manu ſuâ ille eam attrahebat, vt ſic irritata ab ea voraretur. Leæna autem vt ouis manſueta Tharaco inhærebat. Excitantur clamores in Theatro ob ingentem admi-

Feris exponuntur. Manent illæſi.

Vrſus lingit vulnera Andronici.

Nec vellicatus irritatur.

Leæna genuflexo & iubis demiſſis accubat Tharaco.

Non efferatur vellicata.

admirationem. quo Præses confusus, & irâ excandescens mandat suis leænam prouocare. quæ magno rugitu posticam aggreditur, & transiit. Clamat populus timens magnâ voce; Leænæ aperiatur; sicque postica destructa est. Maximus Proconsul indignans vocat ad se Terentianum Sacerdotalem Ciliciæ, iubetque edi gladiatorum Munus, quibus mandaretur imprimis Christianos Martyres gladiis confodi. quod factum est quinto Idus Octobris.

Martyres à gladiatoribus conficiuntur.

Cùm verò Maximus Proconsul se domum ex Amphitheatro recepisset, reliquit decem milites, quibus mandauit, vt corpora Martyrum admiscerent cum corporibus extinctorum gladiatorum, vt cognosci non possent. Hæc cùm vidissemus facere milites, nos appropinquantes Dominum rogauimus, vt nobis nota fierent corpora Martyrum. Et post hæc proximè appropinquantes vidimus costodes cœnantes, & focum propè habentes propter vigilias noctis. & iterũ fiximus genua, & orauimus Dominum & Christum eius, vt desiderium nostrum impleret, & de cælo auxilium mitteret, & Sanctorum corpora nobis ostenderet. Et ecce subitò terræmotus factus est, & tonitrua, & fulgura, & magna tẽpestas imbrium: & nos iterùm orauimus, & ad corpora appropinquauimus, & inuenimus focum extinctum, & nullum militum, qui ob tempestatem aufugerant. & ad cælum manus leuauimus, vt dignaretur Dominus reliquias sanctorum Martyrum nobis certo signo patefacere. Et mox tres facellæ veluti stellæ apparuerunt supra ipsorum corpora. quæ furtim subtraximus, & abiuimus, præcedentibus nos cælestibus illis lucernis, quas nos sequentes duxerunt

Corpora eorum cum gladiatorũ corporibus confunduntur.

Calitus vindicantur.

Tribus facul is diuinitus indicata.

runt in aduersam partem montis, & sic recesserunt. Ibi ea in cauâ petrâ illic repertâ posuimus, & aditum magnâ diligentiâ clausimus, ne ab inquirente Maximo Proconsule inuenirentur. Postea redeuntes ad ciuitatem cognoscere quid actum esset, inuenimus custodes esse necatos à Maximo, quòd Martyrum corpora disparuissent. Nos autem gratias egimus Domino nostro Iesu Christo, qui viuit in sæcula sæculorum. Ego Macarius, Felix, & Verus, hîc reliquum vitæ nostræ tempus facere cupimus, vt hîc cum ipsis quiescere digna sint nostra corpora, & cum illis in cælo perfrui vitâ æternâ. Quos autem cum his epistolis ad vos mittimus, suscipite in timore Domini: sunt enim operarij Domini nostri Iesu Christi. Habetote nos in mente. Gratia Dei vobiscum. Amen.

In mente conduntur.

FINIS.



AP-

APPROBATIO.

HOs Fastos Sanctorum, cum actis Præsidalibus sanctorum Martyrum Tharaci, Probi & Andronici vidit, legit, & approbauit, 21. Mart. Anno 1607.

Egbertus Spitholdius S.T.L.
Canonicus & Plebanus
Antuerpiensis.

ANTVERPIÆ,

EX OFFICINA PLANTINIANA,

APVD IOANNEM MORETVM.

M. DC. VII.


LABORE. ET. CONSTANTIA.



